sed etiam principatus Mediolanensis, et quidquid in Italia Carolo Caesari regi nostro paret, amissio, et defectio sequatur necesse est. Hostibus haec omnia totaque Italia praemium unius uictoriae proposita sunt, qui, si uicti fuissent, quam aliam iacturam rex Gallus Britannusque facerent, nisi ut exercitum amitterent militum magna ex parte mercenariorum, cui similis alter possit eodem stipendio, si bellum renouare libeat, reparari? Praeterea, si quis nouerit adiumenta sua, et dum bellum gerit, superiore conditione, cum possit, non utatur, hunc ego non fortem, sed temerarium et stultum putabo. Nos arces et urbes, omnia denique loca munita obtinemus, quorum quae maxime facultatem ad bellum gerendum habere uidebuntur, haec praesidio firmare ac defendere, bellumque ducere licebit; qua potissimum ratione Gallos debellari posse non solum legimus in ueterum monumentis, sed nos ipsi saepe experti sumus. Nam in praeliis, quae pari pugnandi conditione committuntur, Gallos parum aut nihil militum nostrorum uirtu-

se seguiría indefectiblemente la pérdida y deserción no sólo del Reino de Nápoles, sino también del Milanesado y de todas las posesiones del César Carlos nuestro Rey en Italia. Todas estas posesiones y toda Italia, en cambio, obtendrían los enemigos como recompensa por una sóla victoria, y en caso de resultar derrotados ¿qué otra pérdida sufrirían los Reyes francés e inglés, a no ser la de un ejército de soldados en su mayoría mercenarios, que puede ser sustituído por otro igual con la misma soldada en caso de querer reanudar la guerra? Además, al que conociendo sus recursos no echa mano en una situación de guerra de sus ventajas, aun pudiendo hacerlo, no lo consideraría yo un valiente, sino un osado y un necio. Nosotros somos dueños de ciudades a castillos, en una palabra de todos los lugares fortificados y de elos aquellos que se estime que ofrecen mejores condiciones para hacer la guerra, podremos asegurarlos con una guarnición, defenderlos y prolongar la guerra, el mejor procedimiento para vencer a los franceses, a juzgar no sólo por lo que hemos leído en historias antiguas, sino por lo que la propia experiencia nos ha demostrado en repetidas ocasiones. Pues ¿quién desconoce que los franceses en los combates que se traban en igualdad de condiciones ceden en poco o en nada al valor de nuestros soldados?

ti cedere, quis ignorat? qui primo impetu plusquam uiri esse memorantur et cernuntur, sed diuturniore bello nec ferre calamitates, nec militares diurnos ac nocturnos labores, aestus, ac peruigilia pati possunt. Ad quae omnia incommoda perferenda milites nostros et natura et consuetudo durauit. Occasiones rerum gerendarum nostri perspicacius uident, ingeniosius inueniunt, inuentis solertius ac diligentius utuntur, hostium consilia eludere, conatus frustrari melius norunt. In his igitur initiis, et hac hostium alacritate praelio supersedere censeo, et nostris bonis et adiumentis, hostiumque malis et impedimentis uti, ut bellum geratur non impetu temerario in hostes irruendo, qui nobis hoc in genere, ut dixi, pares sunt, et numero apparatuque superiores, sed prout rerum temporumque et locorum ratio postulabit. A quo consilio ne licet quidem nobis discedere, si uelimus, ut uelle debemus, iussis Caroli Caesaris obtemperare, qui cognita hostilis exercitus magnitudine, proxime, ut nostis, ad nos scripsit, ut quam commodissime

5 incommoda TA: in commoda R . 15 prout A: pro ut TR . 16 A quo RA: Aquo T

ellos, que en un primer embate pasan por ser, y claramente lo son, más que hombres, en cambio en una guerra de cierta duración son incapaces de soportar las adversidades, las tareas del soldado durante el día y la noche, los calores y las velas. A nuestro soldados en cambio los ha endurecido la naturaleza y la costumbre para soportar todas estas molestias. Los nuestros preven con más perspicacia el momento oportuno para actuar, tienen más inventiva y más habilidad e ingenio para poner en práctica lo ideado, saben mejor burlar los planes del enemigo y hacer fracasar sus intentos. Dado, pues, que estamos en los comienzos y el enemigo viene con bríos, yo soy de la opinión de que nos abstengamos de entrar en combate y echemos mano tanto de los puntos a nuestro favor y nuestras ventajas, como de los puntos en contra y desventajas del enemigo, de suerte que el procedimiento a seguir en la guerra sea no el de arremeter con un ataque temerario contra los enemigos, que, como he dicho, en este tipo de confrontación están a nuestra altura y nos superan en número y material de guerra, sino el que dicten las circunstancias del caso, el momento y el lugar. Y de este dictamen no nos está tampoco permitido apartarnos, si queremos atenernos, como es nuestro deber, a las órdenes del César Carlos, quien, habida cuenta de la magnitud del ejército enemigo, recientemente, como sabéis, nos comunicó por escri-

possimus, bellum, dum ipse copiis nostris imminutis supplementum mittit, ducamus, praesertim cum copiae nostrae nondum omnes conuenerint, adhuc enim Italica sex circiter millium peditum manus, quam ducit Fabritius Maramaldus, expectatur."

11. Hanc sententiam Philibertus ut maxime probaret, et caeteris omnibus anteferret, fecit non solum auctoris grauitas et opinio uirtutis ac usus rei militaris, sed illa quoque ratio, quod Carolus Caesar, cum Philiberto summam imperii ac belli gerendi traderet, illud simul per literas mandauerat, ut in bello administrando, et consiliis capiendis Fernandum Alarconem, cuius perspecta esset uirtus et prudentia, et longus rei militaris usus, adhiberet. Itaque castris munitis bellum ducere et per quaesitas aut oblatas occasiones rem gerere constituit. Galli uero e regione castrorum progressi aperto et aequo loco constiterunt, ut, si praelium Caesariani committere uellent, liceret; sed nostris quiescentibus, intra bombardae teli iactum castra castris con-

---

5 Fabritius TR: Fabricius A . expectatur TR: exspectatur A . 7 caeteris TR: ceteris A . 11 literas fort. T: literas R: litteras A . 16 e regione RA: eregione T

to que de la forma más convenientemente posible prolongáramos la guerra hasta tanto llegan los refuerzos que él envíe a nuestras reducidas tropas, especialmente cuando aún no se halla.. todas incorporadas, pues aún se está a la espera del cuerpo italiano formado por cerca de seis mil infantes a las órdenes de Fabrizio Marramaldi".

11. Que Filiberto diera su conformidad precisamente a este dictamen y lo prefiriera a todos los demás se debió tanto al prestigio del que lo sustentaba y a su reputación de valiente y experto en cuestiones militares, como a la circunstancia de que el César Carlos al tiempo que le confiaba a Filiberto el mando supremo y la dirección de la guerra por escrito le había encargado que en la organización de la guerra y en la toma de resoluciones se valiese de Fernando de Alarcón, cuyo valor, cordura y extraordinaria experiencia militar había quedado comprobada. Atrincheró, pues, el campo decidido a prolongar la guerra y a actuar aprovechando las coyunturas favorables buscadas intencionadamente o bien que se fuesen presentando. Los franceses por su parte avanzando en línea recta desde el campamento hicieron alto en un paraje llano y descubierto, al objeto de que si querían los imperiales entrar en combate pudiesen hacerlo; pero ante la inmovilidad de los nuestros sentaron sus reales frente a los nuestros a tiro de ca-

tulerunt. Postridie leui equestri praelio commisso, Caesariani equites cum totius equitatus praefecto Fernando Gonzaga male pugnauerunt; nam uexillo amisso, quique uexillum ferebat, Bartholomaeo Campegio Bononiensi uiro forti desiderato fusi parum honeste sese in castra receperunt; sed iidem altero praelio, quod secundum paucis diebus interiectis fecere, illius fugae turpitudinem deleuerunt.

12. Cum dies circiter quindecim in ea castrorum propinquitate consedissent, Philibertus ex concilii sententia quarta uigilia copias educit, tanto silentio et ordine, ut non ante de ipsorum discessu cognoscerent hostes, quam nostri tam longe processerant, ut illi nec impedire iter eorum possent, nec remorari. Itaque confectis eo die passuum triginta millibus, superato Apennino, Arianum peruenerunt, deinde Beneuentum, ubi obuius fuit eis Hugo Moncada, qui rem Neapolitanam post interitum Lanoii procurabat. Hic auctor erat Philiberto, ut collatis signis, antequam hostis in Campa-

3 amisso add. R: uexillo T: amisso A

ñón. Al día siguiente se entabló una escaramuza ecuestre de la que salieron malparados los imperiales a las órdenes del comandante de toda la caballería Fernando Gonzaga, pues tras la pérdida de un estandarte y la muerte de quien lo portaba Bartolomé Campegio Bolonés, un valeroso varón, puestos en fuga se replegaron al campo de manera poco honrosa; pero estos mismos soldados en otro enfrentamiento, que tuvieron de allí a pocos días, de resultado favorable borraron el recuerdo de aquella vergonzosa huída.

12. Llevaban ya alrededor de quince días acampados en tal proximidad a los reales, cuando Filiberto por decisión de la junta de jefes antes del amanecer sacó las tropas de forma tan silenciosa y ordenada, que el enemigo no advirtió su partida hasta que los nuestros llevaban ya recorrido un gran trecho y era imposible impedirles la marcha o retrasarlos. Ese día hicieron, pues, un recorrido de treinta mil pasos y después de pasar el Apenino llegaron a Ariano y luego a Benevento, donde se encontraron con Hugo de Moncada, que se había hecho cargo del gobierno de Nápoles tras la muerte de Lanoy. Aquel aconsejaba a Filiberto que luchara en batalla campal antes de que llegara el enemigo a la Campania,

niam peruenirent, dimicaret, ne regiones illae, unde Caesarianus exercitus alendus erat, uastarentur. Sed hoc consilio, cum bellum ducere placuisset, improbato, circa Idus Martias Neapolim peruentum est, et muris refectis montem Diui Martini ab aede imposita cognominatum, qui urbi arcique imminet, munierunt, et duorum millium Hispanorum praesidio firmarunt, nondum scilicet arce, quam postea Carolus magnis operibus inedificandam mandauit, erecta, et hic hostes expectare constituerunt.

13. Hoc Caesarianorum ex Troia discessu, et simili fugae profectione Galli sublati non statim insequendos sibi hostes, sed oppida et urbes recipiendas statuerunt. Quod eo magis fuit in expedito, quod fama celerime per totum regnum dissipata fuerat, in magna castrorum propinquitate per Caesarianos stetisse, quominus pari pugnandi conditione praelio decerneretur, eosdemque nocturno silentio castris egressos, fugientibus similes, magnis itineribus sese Neapolim recepisse, quo factum est, ut a compluribus ciuitatibus

8 inedificandam TR: inaedificandam A . 9 expectare TR: exspectare A . 11 insequendos TA: insequondos R . 14 celeririme TR: celerrime A . 16 quominus TA: quo minus R

para no dar lugar a la devastación de aquellas comarcas, de donde el ejército imperial tenía que extraer su sustento. Pero decidido como estaba a prolongar la guerra Filiberto no aprobó tal determinación y una vez en Nápoles sobre mediados de Marzo, después de reparar las murallas, fortificaron el monte que domina la ciudad y la ciudadela llamado de S. Martín por una iglesia que hay en él y lo guarnecieron con un destacamento de dos mil españoles, pues todavía no estaba construído el castillo que después mandó levantar Carlos con gran aparato y decidieron aguardar allí al enemigo.

13. Los franceses, envalentonados con la mencionada retirada de los imperiales de Tróia y su marcha que asemejaba una huída, resolvieron no lanzarse inmediatamente a la persecución del enemigo, sino adueñarse de ciudades y plazas fuertes. Hallaron en esto tanto menos dificultad, cuanto que se había extendido rapidísimamente por todo el reino el rumor de que estando los campamentos situados a tan corta distancia había quedado por los imperiales el que no se entrase en combate en igualdad de condiciones y que saliendo de su campamento en el silencio de la noche, como fugitivos, se habían retirado a Nápoles a marchas forzadas, motivo por el que un

legati ad Lautrecum mitterentur, qui eius regisque Galliae imperio obtemperare pollicerentur. Itaque breui ex omni Apulia nullum oppidum in Caroli Caesaris fide permansit praeter Manfredoniam, quam ueteres Sipunta nominabant, ad montem Garganum, quae Hispano praesidio tenebatur, et Melphos, ad quod oppidum tuendum princeps eius cum praesidio duorum millium Italicorum ex castris Troiaque a Philiberto missus, fuerat: quod ille magno studio fortique animo, sed irrita opera conatus est; nam dies aliquot obsidione ac oppugnatione fortiter sustentata, ad extremum expugnato oppido ipse quoque captus est.

14. Is bello superiore Neapolitano inter Fernandum Hispaniae et Ludouicum Galliae reges gesto Gallorum partes secutus fuerat, et his debellatis ipse quoque Melphorum principatu deiectus; sed facta inter reges pace, conditione eius, ut caeteri uiri principes, qui in partibus fuerant, sic ipse ad suum principatum restitutus in fide regis Hispaniae permanserat, et pro i-

9 irrita TA: irrata R . 17 caeteri TR: ceteri A

buen número de ciudades enviaron delegados ante Lautrec para prometerle acatar su autoridad y la del Rey de Francia. Y así en corto espacio de tiempo, de toda la Puglia no hubo plaza alguna que permaneciera fiel al César Carlos, a excepción de Manfredonia, a la que los antiguos llamaban Siponto, en el monte Gargano, que estaba ocupada por guarnición española , y Melfi para cuya defensa había destacado Filiberto desde Tróia, desde los reales, al señor de aquella plaza al frente de un destacamento de dos mil italianos; objetivo que éste intentó conseguir poniendo en ello un gran afán y entusiasmo, pero sin éxito, pues después de haber sostenido valerosamente durante algunos días el cerco y el ataque, al final también fue tomada esta plaza y él hecho prisionero.

14. Este, en la última guerra de Nápoles sostenida entre el Rey Fernando de España y Luis de Francia, había estado de parte de los franceses, a raíz de cuya derrota fue también él destituído del principado de Melfi; pero cuando los monarcas hicieron entre ellos la paz en virtud de una cláusula del tratado, del mismo modo que a los restantes señores que se habían adherido a uno u otro partido, también a él se le restituyó su principado y manteniéndose fiel al Rey de España había comba-

pso contra Gallos ad Rauenam depugnauerat, ab ipsisque captus sese redemerat, quin etiam hoc quoque bello, uti docuimus, captus diu mansit in Hispanorum fide; sed ad extremum cum totum pene regnum, praeter munitissima et praesidio firmata loca, magno consensu partes Gallorum sequeretur, propinquorum et amicorum monitis cessit, qui Hispanorum inclinatam in Italia ac pene iacentem Gallorum stanti et quotidie sese magis attollenti fortunae praeferre, stultum praedicabant. Itaque propinquorum auctoritate permotus ad ueterem Gallorum amicitiam societatemque recepto principatu rediuit, proque ipsis aduersus Hispanos arma sumpsit; quae causa fuit, ut deuictis hoc quoque bello Gallis principatum amitteret, et rebus desperatis se in Galliam primum, deinde ad Turcarum principem conferret. Itaque abunde poenas dedit leuitatis et inconstantiae, quae semper infamiam, saepe etiam amicorum inopiam et fortunarum iacturam parit.

15. Reliquo fere regno in ditionem redacto, Lau-

---

1 Rauenam TR: Ravennam A . 2 redemerat TA: redimerat R . 4 pene TR: paene A . 8 pene TR: paena A . 9 attollenti em. R: attolenti T: attollenti A . 12 sumpsit TR: sumsit A

tido a su favor contra los franceses en Ravenna y hecho prisionero por éstos había pagado su rescate; y más aún, hecho prisionero también en esta guerra, según hemos relatado, permaneció mucho tiempo leal a los españoles; pero finalmente como la práctica totalidad del Reino, exceptuando los lugares fortificados y con guarnición, estaba abrazando con gran unanimidad el partido de los franceses, se dejó convencer por parientes y amigos, que le prevenían del absurdo de preferir la suerte en declive y casi a ras del suelo de los españoles en Italia a la de los franceses, que se mantenía erguida y cada día más en auge. Influído, pues, por los consejos de sus próximos, una vez recuperado el Principado volvió a la antigua amistad y alianza con los franceses y empuñó las armas en su favor contra los españoles; motivo por el que al ser vencidos también en esta guerra los franceses perdió su Principado y en una situación desesperada se refugió primero en Francia y luego al lado del soberano turco; pagando por consiguiente con creces su versatilidad e inestabilidad, que trae consigo siempre el deshonor y en muchas ocasiones también la falta de amigos y pérdida de bienes.

15. Una vez que tuvo sometido casi por completo

trecus exercitum magna cum auctoritate magnisque ex ipso regno copiis adiunctis Neapolim inducit, proque urbe castra ponit in colle, qui est ad praetorium, quod uulgo Pogium Regale dicitur. In Gallorum accessu Fernandus Gonzaga cum equitibus leuioris armaturae octingentos cataphractos Gallos contemptim incedentes adortus, caeteris fusis aut interfectis, ducentos cepit, captiuosque intra urbem induxit, colliculum quoque portae Sancti Genarii cognominatae imminentem, qui caput montis Neapolitanorum consuetudine nominatur, post longam deliberationem a Caesarianis omissum occupauere Galli, perductisque a maioribus castris munitionibus hic minora fecerunt, et quatuor millium armatorum praesidio ac uiginti maioribus tormentis firmauerunt.

16. Dum ad hunc modum Caesariani obsiderentur, crebris tamen eruptionibus leuia praelia uario euentu faciebant. Obsidebantur autem non solum terra, sed etiam mari. Quoniam Philippinus Doria Andreae

6 contemptim TR: contemtim A . 7 caeteris TR: ceteris A . 11 omissum TA: ommissum R . 13 quatuor em. R: quattuor T: quatuor A . 14 firmauerunt em. R: firmarunt TA . 19 Andreae TR: Andraeae A

el Reino de Nápoles, Lautrec condujo el ejército en dirección a Nápoles, con gran decisión y con grandes refuerzos de tropas que se le habían incorporado procedentes de este mismo Reino y sentó los reales delante de la ciudad, en la colina que hay junto a la quinta llamada vulgarmente Puzol. Al aproximarse los franceses, Fernando Gonzaga arremetió con la caballería ligera contra ochocientos coraceros franceses que marchaban con aire despectivo, y después de dar muerte o poner en fuga a los demás hizo doscientos prisioneros y se los llevó dentro de la ciudad. Los franceses por su parte ocuparon también el collado que domina la Puerta de S. Genaro, al que los napolitanos denominan en su habla "Capo di monte" y que los imperiales tras largas deliberaciones habían dado de lado, y prolongando las trincheras desde el campo principal instalaron allí uno menor y lo aseguraron con una guarnición de cuatro mil hombres armados y veinte piezas de artillería gruesa.

16. Estando los imperiales bloqueados de esta forma hacían, no obstante, frecuentes salidas y entablaban escaramuzas de diferente resultado. Estaban sitiados además de por tierra también por mar, ya que Filipino

praefectus et fratris filius, cum octo triremibus, ne quod paulo maius nauigium Neapolim appelli posset, prohibebat. Nam cymbae et scaphae quotidie fere, his inuitis, ex Caieta profectae portum intrabant. Ad quam urbem ego tunc temporis aderam cum Thoma Vio Cardinale uiro singulari religione et Theologica doctrina claro. Nam post urbis Romae direptionem is Caietam urbem patriam, cuius etiam Ecclesiae Antistes erat, ego Neapolim me receperam, unde ab ipso studiorum gratia inter initia belli huius sum euocatus, ut ex sacra Noui Testamenti scriptura, quam scripto tunc enarrabat, obscura et ancipitia loca ad normam Graecam me adhibito (nec enim ipse Graece nouerat) dirigeret ac explanaret.

17. Ex Caieta igitur quotidiana fere consuetudine scaphae uesperi discedebant; et quanquam eorum dis-

---

1 praefectus et fratris filius TR: praefecti ex fratre nepos A .
16 quanquam TR: quamquam A

Doria, comandante de Andrea e hijo de su hermano, impedía con sus ocho galeras que cualquier embarcación de tamaño un poco mayor pudiese arribar a Nápoles, pues las barquillas y esquifes que salían casi a diario de Gaeta aportaban aun a pesar suyo. Por aquel entonces me encontraba yo en dicha ciudad con el Cardenal Tomás Vio, un insigne varón de singular religiosidad y muy instruído en Teología. En efecto, tras el saqueo de Roma éste se había retirado a Gaeta, su ciudad natal, de cuya iglesia era también Prelado; yo me había retirado a Nápoles, de donde él me mandó llamar ya a los comienzos de esta guerra por razón de sus estudios, para, sirviéndose de mí (pues ni él mismo sabía griego) ajustar a la norma griega y explicar los lugares oscuros y dudosos de los textos sagrados del Nuevo Testamento, sobre los que él entonces escribía una exégesis.

17. Desde Gaeta, pues, salían normalmente los esquifes por la tarde casi a diario y, aunque siempre se

cessus semper nocturnis ignibus ex locis citra et trans Lirim amnem editis significabantur, tamen in Aenariam insulam appellebantur; hinc malis uelisque depositis remigio fere duodenorum hominum incitatae silentio noctis in portum Neapolitanum perueniebant. Aut enim sua exiguitate, et nocturnis tenebris, triremes extra teli iactum ab arcibus in littore remotas fallebant, aut, si forte illae praesensissent, illatas celeritate praecurrebant, uino magna ex parte, et oleribus salitisque carnibus onustae; quod licet saepe nulla fere earum intercepta facerent, tamen in tanta hominum multitudine commeatuum inopiam parum subleuabant; quod animaduertens Ugo Moncada, ac obsidionem intelligens leuissimam fore, si mare pateret Caesarianis, liberaque ex Sicilia caeterisque Hispaniae ditionis insulis Neapolim nauigatio redderetur, conandum sibi statuit, si qua ratio iniri posset octo illas triremes, quae mare reddebant infestum, debellandi. Consilioque cum Philiberto communicato non solum sex triremes, quae erant ad por-

---

2 Lirim TR: Lyrim A . 11 in tanta TA: intanta R . 13 Ugo TR: Hugo A . 15 caeterisque TR: ceterisque A . 16 si qua RA: siqua T

daba señal de su salida con fogatas desde lugares elevados a una y otra orilla del río Liri, aportaban no obstante a la isla de Ischia; desde allí arriando velas y desarbolando vergas, movidos por los remos de casi una docena de hombres a cada lado llegaban en el silencio de la noche al puerto de Nápoles, pues o bien gracias a sus reducidas dimensiones y a la oscuridad pasaban desapercibidos a las galeras separadas de los castillos en la playa fuera de tiro de bala, o bien si por casualidad éstas advertían su presencia les pasaban delante a toda prisa, cargados de vino en gran parte y de hortalizas y carnes en salazón; y aunque repetían la operación con frecuencia, sin que prácticamente ninguno de ellos fuera apresado, remediaban sin embargo muy poco la falta de víveres en una población tan numerosa. En vista de ello y advirtiendo que sería muy llevadero el cerco, si se les quedaba el mar despejado a los imperiales y quedaba de nuevo la navegación a Nápoles libre desde Sicilia y demás islas de dominio español, Hugo de Moncada decidió que tenía que tratar de encontrar el modo de deshacerse de las ocho galeras que hacían peligroso el mar. Puesto de acuerdo con Filiberto, no sólo equipó de remeros y todo tipo de armas las

tum Neapolitanum, remigibus et omni genere armorum instruxit; sed etiam magnarum nauium scaphas quasdam et id genus nauiculas tormentis armauit, ut ea ratione, quod triremium numero deerat, suppleretur; et delectis militibus Hispanis ad sexcentis impositis, cum his ex portu proficiscitur, et in Capreas insulam, multis uiris nobilibus, et in his Ascanio Columna et Vasti Marchione officii amicitiaeque gratia comitantibus, ut hostem ad pugnam eliceret, contendit.

18. Philippinus autem siue cognito per exploratores Ugonis consilio, siue ex digressu triremium praeter morem a portu id, quod erat, suspicatus, ipse quoque ad pugnam se comparat, et delectos milites, dum Hugo ad Capreas demoratur, imponit; et iam sero diei infesta classe uenientem conspicatus sic suas naues instruxit: sex simul ad Caesarianorum parem numero impetum excipiendum, praeliumque committendum collocauit: duas, quae extra ordinem uagantes, quo res poscceret, inucherentur et subsidio suis laborantibus irent,

---

11 Ugonis TR: Hugonis A . 12 a portu A: aportu TR . 14 Hugo em. T: Ugo R: Hugo A . 15 infesta TA: in festa R . 16 Caesarianorum TR: Caesarianarum A . parem em. T: totidem RA

seis galeras que había en el puerto de Nápoles, sino que también puso artillería en ciertos esquifes de las embarcaciones mayores y en barquichuelas de este tipo, a fin de suplir por este procedimiento la falta de galeras y embarcando a unos seiscientos soldados españoles escogidos salió con ellos del puerto en dirección a la isla de Capri con ánimo de presentar batalla al enemigo y le acompañaban tanto por verse obligados como por amistad gran número de caballeros nobles, entre ellos Ascanio Colonna y el Marqués del Vasto.

18. Filipino a su vez, bien porque se hubiese enterado a través de sus espías del plan de Hugo, bien porque se hubiese imaginado lo que ocurría por la salida de las galeras del puerto fuera de lo habitual, se aprestó él también para la lucha y embarcó una tripulación escogida mientras Hugo se entretuvo en Capri; y ya bien avanzado el día al verlo venir en son de guerra dispuso sus naves del siguiente modo: colocó seis juntas para recibir la acometida de otras tantas de los imperiales y para trabar batalla; a dos las puso aparte sueltas fuera de la formación para que fuesen allí donde hiciese falta y acudiesen en auxilio de los suyos en caso

seposuit. Accidit autem magno nostrorum incommodo, ut quo tempore praelium inibatur, mare, quod ad id tempus fuerat tranquillum, uespertinis auris intumesceret, quae res piscatoria nauigia scaphasque ad pugnam inutiles reddidit, et quosdam Caesarianos milites, nauigandi praeliorumque naualium insuetos, conturbauit. Igitur commisso praelio, primo impetu Caesarianae triremes facile Gallicas, cum quibus congressae fuerant, cominus pugnando uirtute militum superabant. Caeterum duabus illis, quae seorsum ferebantur, tormentorum telis eminus rem gerentibus et praetoriam potissimum impetentibus, Hugo ipse, qui circa malum suos cohortandi gratia uersabatur, accepto uulnere concidit; qui casus, ut hostium auxit, sic minuit Caesarianorum animos; quorum duae triremes siue ducum ignauia et stupore, siue alterius etiam perfidia praelio prorsus abstinuerunt. Harum alteri praeerat Garsias Manricus, alteri Franciscus Doria unus ex principibus regni Neapolitani, qui hoc magis uenit in perfidiae suspicionem, quod facto praelio cum eadem sua trireme ad hostes transfugit. Itaque quatuor trire-

1 seposuit TA: se posuit R . 9 Caeterum TR: Ceterum A . 12 malum A: Malum TR . 17 Garsias TR: Garcias A . Franciscus A: Francus TR . 20 trireme TR: triremi A . quatuor em. R: quattuor T: quatuor A

de apuro. Pues bien, con gran desgracia para los nuestros sucedió que en el momento de comenzar el combate el mar, que nasta ese instante se había mantenido sereno, fue encrespándose con los vientos de la tarde, circunstancia que inutilizó para la lucha a los esquifes y las embarcaciones destinadas a la pesca y llenó de zozobra a algunos soldados imperiales poco habituados a la navegación y a los combates navales. Así pues, al entablarse la batalla, en un primer embate las galeras imperiales batiéndose de cerca estaban sacando fácilmente ventaja a las francesas, a las que habían abordado, gracias al valor de los soldados; pero al descargar su artillería a distancia las dos que actuaban por separado apuntando principalmente a la nave capitana, el propio Hugo que andaba cerca del mástil para dar ánimo a los suyos, cayó a consecuencia de una herida; caída, que a la par que acrecentó los ánimos del enemigo, mermó los de los imperiales y dos de sus galeras, bien por cobardía y estupidez de sus comandantes, bien incluso por traición de uno de ellos abandonaron por completo la lucha. Al mando de una de ellas estaba García Manrique, de la otra Francisco Doria, uno de los señores del Reino de Nápoles, que se hizo más sospechoso de traición por el hecho de pasarse al concluir el combate con esta galera suya a las filas del enemigo. Y así las cua-

mes, amisso duce, non incruenta uictoria ab hostibus deuictae et captae sunt. Eo praelio cum Hugone ex nobilitate Caesar Ferramosca, Bernardus Villamarinus Almiranti, Petrus Cardona Comitis Golisani filii desiderati; item ex centurionibus Machinus Haia, Barredus et Spinosa, uiri fortissimi. Capti uero Ascanius Columna, et Vasti Morataeque Marchiones.

19. Haec accepta calamitas Caesarianis moestitiam multo maiorem, quam iacturam peperit, quoniam sublato Hugone magnae et periculosae dissensiones et contentiones ex exercitu Caesariano sublatae sunt. Hugo enim uir gloriae et imperandi cupidus, qui diu cum imperio fuerat et longum usum rei militaris habebat, contempta Philiberti principis Uraniae adolescentia, facile libenterque ab eius sententia in conciliis dissentiebat. Cuius auctoritatem nonnullis eorum, qui adhibebantur, studiose sequentibus factum erat, ut concilium in duas uelut factiones scissum esset cum magno totius exercitus discrimine. Ut enim ciuitatibus, sic exercitibus

---

1 incruenta TA: in cruenta R . 3 Villamarinus TA: Villamarimus R . 13 contempta TR: contemta A . 15 conciliis TA: consiliis R . 16 nonnullis TA: non nullis R

tro galeras, tras la pérdida de su general, fueron vencidas y apresadas por los enemigos, aunque con una victoria no incruenta. En esta batalla además de la pérdida de Hugo hubo que lamentar la de los nobles César Ferramosca, Bernardo Villamarino, hijo del Almirante, y Pedro Cardona, hijo del Conde de Golisano; y asimismo la de los capitanes Magin Haja, Barredo y Espinosa, hombres muy valientes. Fueron hechos prisioneros Ascanio Colonna y los Marqueses del Vasto y de Morata.

19. Este infortunio produjo en los imperiales mucho mayor sentimiento de pesar que daño real, pues con la muerte de Hugo desaparecieron grandes y peligrosas disputas y discordias. Era Hugo un sujeto ávido de gloria y autoridad, que por haber ejercido el mando durante mucho tiempo y tener una larga experiencia militar, menospreciaba la juventud del Príncipe de Urania Filiberto y gustaba de discrepar de su opinión por cualquier motivo en las juntas de jefes, y dado que algunos de los miembros seguían apasionadamente las iniciativas de aquél, resultaba que el Consejo se hallaba dividido, por así decir, como en dos facciones, con el consiguiente riesgo para la totalidad del ejército; pues tanto para los

nihil est nec salutarius concordia et amicitia, nec discordia perniciosius, praesertim in iis quorum consilio et arbitrio summa rerum administratur.

20. Premebantur Caesariani pabulatione, omni pabulo, quod erat intra urbem et in propinquis locis, consumpto. Cuius rei causa Philibertus iussis calonibus cunctis in certum locum paulo remotiorem procedere, Fernando Gonzagae cum quadringentis equitibus leuioris armaturae et ducentis cataphractis peditum Germanorum quatuor millia milleque Hispanos attribuit, cumque his proficisci et pabulatoribus esse praesidio iubet. Is in locum, qui in uallis pecorum nominatur, ab urbe Neapoli octo circiter millia passuum, quo iter nisi angustissimum perque montis fauces non patet, eam manum, ut erat imperatum, induxit. Sed uix equitatu Germanisque cum calonibus montem traductis, magnus hostilis tum equitatus, tum etiam peditatus, et cui Caesarianum praesidium par esse nequeat, adesse ab exploratoribus et antecursoribus equitibus nuntiatur; quo

5 consumpto TR: consumto A . 7 in certum TA: incertum R .
10 quatuor em. R: quattuor T: quatuor A

estados como para los ejércitos no hay nada más beneficioso que la armonía y la concordia, ni nada más perjudicial que la discordia, especialmente tratándose de aquellas personas a quienes está reservada la toma de decisiones en puntos de capital importancia.

20. Los imperiales se veían en grandes dificultades por causa del forraje, pues ya se había agotado todo el existente dentro del recinto de la ciudad y en parajes próximos. Por este motivo Filiberto después de dar orden a todos los gastadores de avanzar hasta un determinado paraje un tanto alejado le asignó a Fernando Gonzaga cuatro mil soldados germanos de a pie y mil españoles junto con cuatrocientos de caballería ligera y doscientos coraceros con la orden de ponerse en marcha al frente de ellos y servir de escolta a los forrajeadores. Este, cumpliendo órdenes, llevó a la tropa al paraje llamado "Valdipecora", a unos ocho mil pasos de distancia de la ciudad de Nápoles, y a donde no conduce más camino que uno muy angosto y a través de las gargantas de una montaña. Pero apenas habían acabado de pasar el monte la caballería y los germanos junto con los gastadores, cuando exploradores y batidores dieron aviso de que se aproximaba un ingente cuerpo de caballería enemiga, así como de infantería, en gran desproporción

nuntio conturbatus Gonzaga inopsque consilii optimum factu esse constituit, ut copiis citra montem reductis angustias occuparet, ubi pauci uel plurimis resistere possent.

21. Hoc per agmen pronuntiato, et Germanis, qui angustiis erant proximi, nullo seruato ordine retrocedentibus magnus eodem calonum concursus factus est. Itaque commisti inter se utrique alteris magno erant impedimento; et cum res tumultuose et trepidanter administraretur, quo magis properabatur, hoc longior mora, ut fere trepidantibus accidere solet, ducebatur. Equites autem eodem regressi a suis multitudi[illegible] et confusione laborantibus transitu prohibebantur. Ita cum hostibus urgentibus per montem ipsum euadere nequirent, in hostem conuersi impetum eius aliquantisper sustinuerunt, adhortante ad pugnam Zuazo uiro fortissimo, equitum cataphractorum pro Garsia Manrico praefecto.

---

5 pronuntiato TA: pro nuntiato R . 16 Zuazo em. R: Zuasso T: Zuazo A . 17 Garsia TR: Garcia A

con la escolta de los imperiales. Desconcertado Gonzaga con esta nueva e incapaz de recapacitar decidió que lo más acertado era hacer retroceder las tropas a este lado del monte y adueñarse de los pasos estrechos, donde unos pocos podrían oponer resistencia aun a muchísimos.

21. Cuando corrió por entre las filas la noticia y los germanos, que eran los que estaban próximos a las angosturas, retrocedieron sin mantener formación alguna, se produjo en el mismo lugar una gran concentración de gastadores. Revueltos, pues, entre sí se estorbaban grandemente unos a otros, y como la operación se llevaba a cabo de forma atropellada y en desorden cuanto mayor era la prisa tanto mayor era la tardanza, como suele suceder por lo general en los tropeles. Y a la caballería, que venía de vuelta a ese mismo lugar, le impedía el paso su misma gente en bulliciosa y confusa agitación. Así, ante la imposibilidad de evadirse por el mismo monte dado el acoso de los enemigos, se volvieron de cara al enemigo y sostuvieron por algún tiempo el ataque, animándoles a la lucha Zuazo, un sujeto extremadamente valeroso, comandante de la caballería acorazada en sustitución de García Manrique.

22. Interea Hispani, qui, ut iussi erant, citra montem sustiterant, suorum fugam animaduertentes causa nondum intellecta conturbantur. Sed terga dare se indignum reputantes ad proxima aedificia, unde commodius pugnare possent, primum sese receperunt; deinde pars sclopetis armati, auctore et duce Dominico Arriarano centurione, montem iuxta fauces conscendunt, in hostiumque conspectum progressi Hispaniam magna uoce conclamantes scloppetis eminus rem gerere coeperunt, et repentino clamore, scloppetorumque strepitu et telis hostes usque adeo conterruerunt, ut sistere gradum ac partim etiam referre cogerent. Itaque horum potissimum uirtute cohibitis hostibus, spatium per angustias remeandi reliquis datum, et in urbem sine ordine tamen et imperio paucis amissis redeundi. Nam ipse Fernandus initio inter suorum fugam et trepidationem, rebus desperatis, per impeditas angustias transire non ualens ex equo desiluit, et per montem, qua equis iter non patebat, euasit ad salutemque contendit. In hac trepidatione et fuga trecenti circiter

2 sustiterant TR: substiterant A . 6 sclopetis TR: scloppetis A 9 scloppetis em. R: sclopetis T: scloppetis A . 18 desiluit TA: desiliuit R

22. Entretanto los españoles, que tal y como se les había ordenado, se habían apostado a este lado del monte, al observar la huída de los suyos, sin alcanzar a comprender todavía el motivo, quedaron desconcertados. Pero considerando una indignidad volver la espalda, en un primer momento fueron a replegarse a unas edificaciones próximas, desde donde podían luchar con más ventaja; luego parte de ellos armados de arcabuces, a sugerencia del capitán Domingo Arriarano y acaudillados por él escalaron el monte por las proximidades de las gargantas y llegando a divisar al enemigo comenzaron a disparar desde lejos con sus arcabuces al descomunal grito de "¡España!" y con tan repentino griterío y estruendo de arcabuces infundieron un pánico tal al enemigo, que los obligaron a detener sus pasos e incluso en parte a volver sobre ellos. Y así mientras eran contenidos los enemigos gracias principalmente al valor de éstos, los demás tuvieron tiempo de volver a pasar por las estrechuras y de volver a la ciudad con corta pérdida, aunque sin orden ni concierto. Efectivamente, el propio Fernando ya al comienzo en medio de la huída y la confusión de su gente, en una situación desesperada y sin poder abrirse paso por las angosturas, que estaban taponadas, saltó del caballo y atravesando el monte por donde no podían transitar los caballos se escapó y se puso a salvo. En esta atropellada huída murieron o fueron hechos

homines partim occisi, partim capti, et in his Zuazus ipse, strenue cum paucis aduersus hostium multitudinem depugnans, in manus hostium uiuus peruenit. Equi uero et iumenta amplius mille ducenti capti; eaque non grandi iactura Caesariani maximum periculum per paucorum Hispanorum uirtutem redemerunt.

23. Iam tertius mensis obsidionis processerat, transieratque solstitium, cum caloribus inualescentibus magnus morbus tum urbem, tum castra Gallorum inuasit, utrobique partim peste glandulisque, partim febre tertiana mortifera grassante; sed extra magis hostes propter uicinas paludes et grauem odorem, quam nostros intra urbem, et grauius oppidanos, quam milites uterque morbus infestabat. Quo tempore, posteaquam commeatus omnis praeter frumentum et aquam Caesarianos defecerat, et auxilia, quae Carolus Caesar ex Germania mittenda curauerat, ex itinere domum rediuisse nuntiata erant; Antonius Ixartinus uir magni tum animi, tum etiam consilii, auctor in concilio Philiberto fit, ut quan-

---

14 infestabat TA: in festabat R . 17 rediuisse TR: rediisse A

prisioneros unos trescientos hombres, y entre ellos el propio Zuazo cayó vivo en manos del enemigo estando luchando denodadamente con unos pocos contra un gran número de enemigos. Caballos y jumentos fueron apresados más de mil, y a cambio de esta pérdida no cuantiosa lograron los imperiales gracias al valor de unos pocos españoles liberarse de un grandísimo peligro.

23. Ya estaba avanzado el tercer mes de asedio y había pasado el solsticio, cuando con los rigores del calor invadió tanto la ciudad como el campo francés una grave epidemia que se cebó sobre ambos bandos ya en forma de peste bubónica, ya de mortales fiebres tercianas; si bien fuera, por la proximidad de los pantanos y su fétido olor una y otra enfermedad hacían mayores estragos en los enemigos, que dentro del recinto de la ciudad en los nuestros y más en los ciudadanos que en los soldados. En estas circunstancias, una vez que los imperiales experimentaron la falta de todo tipo de víveres, a excepción de agua y trigo, y que tuvieron noticia de que los refuerzos, que el César Carlos se había cuidado de enviarles desde Alemania, se habían vuelto desde el camino a su país, Antonio Ixartino, un sujeto considerable tanto por su valor, como también por su sensatez, en la junta de jefes propuso a Filiberto que, pues se hallaba

do iam exercitus cibariorum inopia premeretur, nec auxiliorum, quae a Carolo Caesare cum Henrico Prunsuicensi comite ex Germania mittebantur, spes ulla superesset, daret operam conareturque praemiis et pollicitationibus Andream Doriam per Philippinum in partes amicitiamque Caroli Caesaris traducere, subiectis causis, cur id factu difficile non fore uideretur. Quod si contigisset, cuncta obsidionis incommoda longe fore leuiora, et facile uiam aperiri posse ad hostes superandos confirmabat.

24. Hoc consilio tandem post longiorem disceptationem probato, Philibertus eundem Antonium consilii auctorem legatum ad Philippinum, qui ad uicum Surrenti aderat, cum huiusmodi mandatis mittit: scire se, quam multis et praeclaris officiis, ac strenue et fortiter factis Andreas Doria Franciscum Galliae regem demeruerit, nec ignorare, pro his non solum nullis praemiis a rege, ut par erat, ei gratiam esse relatam, sed ne stipendia quidem militaria, quae parce et auare

4 praemiis TA: premiis R . 9 aperiri TR: aperire A . 12 eundem TR: eumdem A . 14 huiusmodi TA: huius modi R

ya el ejército en situación apurada por la falta de alimentos y no quedaban restos de esperanza en los refuerzos que el César Carlos había enviado desde Alemania al mando del Conde Enrique de Brunsvic, procurase y tratase con promesas y recompensas de atraerse a Andrea Doria por medio de Filipino al bando y a la amistad con el César Carlos, aduciendo las razones que le hacían pensar que esto no resultaría de difícil ejecución; y en caso de lograrlo, aseguraba que todas las penalidades del sitio se harían mucho más llevaderas y muy probablemente podía suponer la apertura de una vía hacia la consecución de la victoria sobre el enemigo.

24. Cuando después de un largo debate se dio finalmente el visto bueno a este proyecto, Filiberto envió al mencionado Antonio, de quien había partido la iniciativa del mismo, como delegado ante Filipino, que se hallaba en las cercanías del pueblo de Sorrento, con la siguiente legación: que él sabía cuántos méritos tenía contraídos Andrea Doria ante el Rey Francisco de Francia por sus numerosos y notables servicios y sus esforzadas y valerosas hazañas, y que no ignoraba que a cambio de ellos el Rey no sólo no le había mostrado su agradecimiento concediéndole recompensa alguna, como procedía, sino que ni siquiera le había satisfecho la paga, que suministra-

suppeditentur, persoluta. Itaque nec mirum esse, nec praeter magnorum uirorum morem, id quod a quibusdam accepisset, eundem tantae uirtutis et auctoritatis uirum iniquo animo ferre se suaque magna officia contemptui ludibrioque regi et Gallis esse, qui saepe soleant pro gratia et praemiis iniurias et contumelias externis hominibus referre, quorum egregia opera usi subleuatique fuerint, ut Philippinum ipsum classicosque praefectos testes optimos esse crederet; quam indignitatem quis miretur magnis fortibusque uiris non ferendam uideri? se igitur, qui egregiae uirtuti libenter faueat, nomine Caroli Caesaris, cuius ipse uicem gerat in Italia, conditionem afferre, quam si acceperit Andreas, multum sit tum dignitati, tum commodis suis consulturus, ut quando finis iam appeteret eius temporis, in quod se suis triremibus stipendia Gallica meriturum cum rege constituisset, ut libere posset de se suisque nauibus statuere, amicitiae et clientelae Caroli Caesaris sese traderet, cuius constantiam et grauitatem memoremque officiorum animum nosset, eiusque fidem se-

3 eundem TR: eumdem A . 4 contemptui TR: contemtui A .
19 sese TA: se se R

ba en cantidad insuficiente y mezquina. Que no era, por tanto, de extrañar, ni ajeno a la conducta de los grandes hombres lo que había sabido por boca de algunos, esto es, que aquel varón de tan considerable valor y prestigio llevaba muy a disgusto que su persona y sus formidables servicios fuesen objeto de mofa y menosprecio para el Rey y los franceses, quienes de ordinario, en vez de con agradecimineto y recompensas, suelen corresponder con injusticias y agravios a los extranjeros de cuya extraordinaria ayuda se han servido y se han visto asistidos, según tenía entendido podía testificarlo mejor que nadie el propio Filipino y los comandantes de la flota, y ¿quién se iba a extrañar de que grandes y esforzados varones no creyesen tolerable semejante indignidad? Que consecuentemente él, que se sentía inclinado a favorecer a un hombre de excepcional virtud, en nombre del César Carlos, cuya representación ostentaba en Italia, le hacía una proposición que en caso de ser aceptada por Andrea, redundaría grandemente en favor tanto de su honra como de sus intereses; a saber, que, pues estaba próximo ya el vencimiento del plazo por el que se había comprometido con el Rey a estar él con sus galeras a servicio de los franceses, de suerte que podía disponer libremente de sus navíos y de su persona, se encomendase a la autoridad y a la protección del César Carlos, de cuya firmeza, seriedad y reconocimiento de los servicios tenía experiencia y que se acogiese a su tutela en el con-

queretur accepturus ab eo non solum maiora et certiora stipendia, sed magnum etiam amicitiae praemium, quod iam ipse definiret, principatum scilicet in regno Neapolitano, qui redderet in annos minimum octo millia ducatorum; nam Gallis nunc quoque, ut saepe ante, quemadmodum confideret, deuictis, magnam praemiorum occasionem fore, deiectis multis principibus Neapolitanis, qui leuiter ad castra Gallorum transfugissent.

25. Haec mandata cum exposuisset Antonius, et liberali oratione, et ad Philippini, et classicorum praefectorum animos pollicitis conciliandos pertinente subsecutus fuisset, Philippinus liberaliter respondit: si sibi par animo et uoluntati potestas esset, qui Gallorum importunos mores et contumeliosam amicitiam expertus esset, nihil in se fore cunctationis, quin statim ex Philiberti uoluntate responderet; caeterum consilii summa ad Andream reiecta, quae suae partes sint, libenter praestiturum, ut illi primo quoque tempore per literas et

---

12 subsecutus em. R: subsequutus T: subsecutus A . 17 caeterum TR: ceterum A . 19 literas fort. T: literas R: litteras A

vencimiento de que éste le otorgaría no sólo soldadas más cuantiosas y seguras, sino también una gran recompensa a su amistad que ya él mismo concretaba, esto es, un principado en el Reino de Nápoles, que le rindiese anualmente un mínimo de ocho mil ducados, pues al quedar vencidos también en aquella ocasión los franceses, según confiaba, como en tantas otras anteriores, la destitución de gran número de señores napolitanos, que se habían pasado a la ligera al campo francés, supondría una magnífica oportunidad de recompensas.

25. Luego que Antonio hubo expuesto su comisión acompañándola de gentiles palabras tendentes a ganarse con promesas la voluntad de Filipino y de los comandantes de la flota, Filipino respondió afablemente que si él, que conocía por experiencia la conducta impertinente y el trato ultrajante de los franceses, estuviese revestido de poderes equiparables a su voluntad y a su deseo, no habría vacilación alguna por su parte en dar al punto una respuesta acorde con los deseos de Filiberto; pero que dejaba la última palabra en manos de Andrea y él cumpliría gustoso lo que estaba de su parte, esto es, darle cuenta cuanto antes por medio de cartas y expresos

nuntios Philiberti legationem referat, auctorque magnopere fiat, ut conditionem accipiat, et uir tantus tantaeque auctoritatis Caroli Caesaris optimi et gratissimi principis clientelam ingratae et contumeliosae gentis amicitiae ne dubitet anteferre, ut simul suae dignitati consulat, simul ipsius Philippini et reliquorum praefectorum, qui hoc iam pridem cunctis uotis expeterent, sed et classicorum militum uoluntati morem gerat.

26. Itaque postridie Christophinum Doriam, et Saluagum, singulis triremibus attributis, Genuam ad Andream cum literis et mandatis mittit, ut et Philiberti legationem referant, et ad conditionem accipiendam cohortentur. Andreas, audita legatione lectisque literis et conditione delectatus, consilium cum Ascanio Columna, et Vasti Marchione communicat, quos praelio nauali captos Genuam ad ipsum Philippinus miserat; et his cohortantibus suamque operam ad negotium cum Carolo Caesare per literas et nuntios conficiendum pollicentibus, hoc incunctantius conditionem accipiendam esse sta-

---

11 literis fort. T: literis R: litteris A . 13 literis fort. T: literis fort. R: litteris A . 18 literas fort. T: literas R: litteras A

de la embajada de Filiberto e impulsarle encarecidamente a que aceptara la proposición y a que un individuo tan grande y de tan gran prestigio no dudase en preferir la protección del César Carlos, un excelente y reconocidísimo soberano, a la amistad con un pueblo ingrato y ultrajante, mirando a la vez por su propia honra y cediendo a la vez a los deseos no sólo del propio Filipino y los restantes comandantes, que ya hacía tiempo lo ansiaban vivamente, sino también de los soldados de la flota.

26. Envió, pues, al día siguiente a Génova, a presencia de Andrea, confiándole a cada uno una galera a Christofino Doria y a Salvago con cartas y la comisión de darle cuenta de la embajada de Filiberto y animarle a aceptar la oferta. Andrea después de oída la embajada y leídas las cartas, complacido también con la oferta, trató del tema con Ascanio Colonna y el Marqués del Vasto, a quienes Filipino había hecho prisioneros en el combate naval y enviado ante él a Génova; y alentándole estos y ofreciéndole su colaboración para el establecimiento del compromiso con el César Carlos por cartas y expresos, resolvió que debía aceptar la oferta con tanto me-

tuit, quod ad ueteres contumelias accedebat noua iniuria, qua se a rege affici existimabat, ut uiros principes atque praefectos, pugna nauali a Philippino captos ad se transmitteret, postulante. Nam praelio capta ab iis, qui ipsius stipendiis et auspiciis militarent, ad se iure pertinere, contra quae Andreas regem uictoria, quae ad maximarum rerum imperiique Italiae summam plurimum conferret, contentum esse debere contendebat, eundem praedam, uel captiuos, quos ipse per suos praefectos, militesque et triremes cepisset, ut sibi tradantur, postulare, nec esse regiae liberalitatis, et a iustitia multum abhorrere.

27. In hac igitur controuersia et dissensione non fuit difficile Ascanio et Vasti Marchioni, post Philiberti legationem, dubium Doriae et labantem animum impellere. Itaque his cohortantibus ad Philiberti legationem liberaliter respondit, simulque ad Carolum Caesarem legatum cum mandatis, suisque et Ascanii ac Marchionis literis in Hispaniam mittit. Caro-

3 transmitteret TA: trans mitteret R . 5 iure TR: de jure A . 6 contra quae TR: contraque A . 8 eundem TR: eumdem A . 11 a iustitia RA: aiustitia T . 19 literis fort. T: literis fort. R: litteris A

nos escrúpulo, cuanto que a las antiguas afrentas venía a sumarse una nueva injusticia, que en su opinión le hacía el Rey, al exigirle que le enviara a los señores principales y oficiales que Filipino había hecho prisioneros en el combate naval, alegando efectivamente pertenecerle de derecho todo lo apresado en combate por aquellos que servían a sus órdenes y pagados por él, en contra de lo cual Andrea sostenía que el Rey debía darse por satisfecho con la victoria, que le reportaba en gran medida la clave de asuntos de capital importancia y de la dominación de Italia, y que no iba a tono con la magnanimidad de un Rey, ni era en absoluto conforme a justicia, que le reclamara la entrega del botín o de los prisioneros, que él había hecho por mediación de sus oficiales, soldados y galeras.

27. En medio, pues, de tal controversia y desavenencia no resultó particularmente difícil a Ascanio y al Marqués del Vasto dar el empujón final después de la embajada de Filiberto al irresoluto ánimo de Doria, ya medio convencido. Y así, ante las exhortaciones de éstos, dio una respuesta amistosa a la embajada de Filiberto, a la vez que despachaba hacia España a presencia del César Carlos un comisionado con cartas remitidas por él, así como por Ascanio y el Marqués. Y también a

lus autem in ea rerum iniquitate conditionem sibi non aspernandam ratus facile ipse quoque adducitur, ut Doriam cum classe in suam fidem clientelamque aequissimis illi conditionibus reciperet.

28. Inter haec ad Neapolim frequenter erumpentibus Caesarianis leuibus praeliis, ut toto fere obsidionis tempore uaria fortuna dimicabatur. Erat inter urbem castraque Gallorum praetorium, quod occupatum ad bellum gerendum nonnihil facultatis praebiturum uidebatur. Hoc utrique, ut occuparent, initio ambitiose paruis praeliis contendebant, nunc his, nunc illis occupantibus uicissimque cedentibus. Sed haec praelia initio nostri secundiora faciebant; tunc enim Horatius Ballonius, qui in fcederatorum exercitu Italicorum octo millibus delectae manui praeerat, quae sub Ioanne Medice militasse gloriabatur, cum suorum multis occubuit. Postremo tamen Galli maiore numero inducti praetorium occuparunt, munitumque et ducentorum militum praesidio firmatum retinebant. Huc ex Caesarianis duo

5 Inter haec RA: Interhaec T . 9 nonnihil TA: non nihil R

Carlos, que no creía conveniente en situación tan crítica desestimar la propuesta, se le persuade fácilmente de que acoja bajo su tutela y protección a Doria y su flota en condiciones que le eran tan ventajosas.

28. Mientras tanto en Nápoles, como venía sucediendo durante prácticamente todo el tiempo del asedio, los imperiales hacían frecuentes salidas y se luchaba en ligeras escaramuzas de variado resultado. Entre la ciudad y el campo francés había una quinta, cuya ocupación, parecía, reportaría no pocas ventajas para la administración de la guerra. Al comienzo pugnaban afanosamente unos y otros en ligeras escaramuzas por adueñarse de ella, lográndolo ya unos ya otros y desalojándola alternativamente; si bien en un principio estos enfrentamientos los ganaban los nuestros, pues por entonces fue cuando sucumbió con muchos de los suyos Horacio Balonio, que mandaba en el ejército de los aliados un cuerpo escogido de ocho mil italianos, que alardeaba de haber militado bajo Juan de Médicis. Sin embargo, al final los franceses, concentrados allí en mayor número, ocuparon la quinta y la retenían en su poder fortificada y guarnecida con doscientos hombres. Hasta allí

centuriones noctu loci naturam considerandi gratia progressi, sua opinione decepti, facile hoc adiri et expugnari posse Philiberto renuntiauerunt et confirmarunt. His habita fide, Hispano peditatui negotium committitur, qui subuculis linteis, ut nocturno tempore consueuerunt, superindutis silentio noctis erumpunt, et pars inter praetorium et castra Gallorum subsidium, si forte mitteretur, repellendi gratia collocatur. Caeteri praetorium oppugnare aggrediuntur; sed custodes, gnauiter alioquin scloppetis propugnantes, locus ipse circumiecta fossa aqua plena defendebat. Itaque suorum quadraginta, et in his Olmedo centurione uiro fortissimo desideratis, ducentis amplius uulneratis, re infecta discesserunt. Hic casus magnum moerorem cum reliquo exercitui, tum ducibus Caesarianis attulit, omnes suos conatus, iam pridem reflante fortuna, ad irritum inque suam iacturam recidere reputantibus.

29. Paucis diebus interiectis ad Philibertum delatum est Germanorum quosdam, qui nec sine stipen-

---

3 confirmerunt TA: confirmauerunt R . 8 Caeteri TR: Ceteri A . 10 scloppetis em. R: sclopetis T: scloppetis A . 11 aqua TA: a qua R

llegaron de noche dos capitanes imperiales para inspeccionar la naturaleza del lugar y equivocados en su apreciación informaron y aseguraron a Filiberto que se podía fácilmente llegar hasta allí y tomarla. Concediéndosele crédito a sus palabras, se le confió la misión a la infantería española, que recubiertos con unas camisas de lienzo, como acostumbran en las expediciones nocturnas, salieron en el silencio de la noche y parte de ellos se apostó entre la quinta y el campo francés para rechazar el refuerzo llegado el caso; el resto emprendió el ataque a la quinta; pero la propia configuración del lugar, rodeado como estaba de un foso lleno de agua, servía de protección a los contrarios, que se defendían por lo demás enérgicamente con sus arcabuces. Así pues, con cuarenta muertos en sus filas, entre los que se hallaba el capitán Olmedo, un sujeto valerosísimo, y más de doscientos heridos se retiraron sin conseguir su objetivo. Este infortunio afligió grandemente a todo el ejército imperial incluídos sus generales, ante la consideración de cómo, siéndoles adversa ya hacía tiempo la fortuna, todos sus intentos quedaban anulados y redundaban en perjuicio propio.

29. Habían transcurrido unos pocos días, cuando se puso en conocimiento de Filiberto que algunos germa-

dio militare uellent, et calamitates et commeatus inopiam ferre non possent (nam pane duntaxat, et aqua iam exercitus Caesarianus alebatur) per clandestinos nuntios et legationes cum Gallis de transitu in illorum castra pacisci. Cuius rei occasionem quaerentes, et alios suo scelere contaminare cupientes caeteros Germanos ad iniurias inducebant. His enim auctoribus Germani per speciem uini et reliqui commeatus inquirendi in quascunque domos, et Hispanorum ac Italorum hospitia libuisset irrumpere, cuncta deripere, et a nullo maleficio temperare coeperunt. Quod Hispani (nam Italici milites ad magnam paucitatem deuenerant, quippe ex sex millibus quotidie dilabentes ad uix trecentos redacti erant) communis salutis causa patienter ferebant, ne ipsorum mutua caedes et discordia fieret Gallorum occasio; donec eadem temeritate impulsi Germani in domum, qua Fernandus Alarcon diuersabatur, irrumpentes decem et septem hominibus partim ex domesticis, partim ex militibus, qui sese intrantibus obiecerant, concisis totam domum diripuerunt, uix Alarcone ipso, qui ex uulnera-

2 duntaxat TR: dumtaxat A . aqua TA: qua R . 6 caeteros TR: ceteros A . 8 quascunque fort. T: quascunque R: quascumque A . 9 Italorum TA: Italicorum R . 11 coeperunt TA: ceperunt R

nos, que no querían servir sin recibir sus pagas, y eran incapaces de soportar las penalidades y la falta de víveres -ya el ejército imperial se sustentaba tan sólo a base de pan y agua- por medio de legaciones y emisarios secretos estaban negociando con los franceses pasarse a su campo, y buscando la coyuntura propicia a tal efecto y con el deseo de contagiar a otros en su delito incitaban a los demás germanos a cometer fechorías. Efectivamente, a iniciativa suya comenzaron los germanos so pretexto de ir a la búsqueda de vino y otros víveres, a entrar a su antojo al asalto de cualesquiera lugares de residencia y alojamiento de españoles e italianos y a saquearlo todo sin dejar de cometer exceso alguno. Esto lo llevaban con paciencia los españoles -los soldados italianos habían quedado reducidos a muy corto número, pues de seis mil, con la diaria deserción, habían quedado reducidos apenas a trescientos- en atención al bien común, para que los franceses no sacaran partido de sus mutuas desavenencias y matanzas; hasta que los germanos a impulso de esta misma osadía entraron al asalto en la casa donde vivía Fernando de Alarcón y dando muerte a diecisiete hombres, unos criados y otros soldados que intentaron cortarles el paso, la saquearon por completo, y el propio Alarcón, que sufría de una herida en la pier-

to crure laborabat, ferro atque ipsorum manibus erepto, cui turris, qua aedes muniebantur, praesidio salutique fuit; huc enim sublatus a suis in eo discrimine sese recepit.

30. Tunc uero Hispanis, consilio per praefectos communicato, tam insignem contumeliam et indignitatem Germanorumque arrogantiam minime amplius ferendam ratis, omnes paratos esse placet, ut si quid praeterea tale Germani conarentur, suam dignitatem cunctis rationibus anteferrent, et contumeliosos illatis signis ulciscerentur. Sed Philibertus in hac rerum iniquitate atque discrimine communem Germanorum ducem caeterosque primorum ordinum praefectos ad se uocat, et apud eos uerba facit in hunc maxime modum.

31. "Magnus dolor, uiri Germani, magnusque moeror meum animum occupauit, quo me discriminis et calamitatis fortuna compulerit, reputantem, et rebus Caroli Caesaris propter discordiam metuere in-

8 si quid TR: siquid A . 12 caeterosque TR: ceterosque A

na, pudo a duras penas escapar a su espada y a sus manos y fue su asilo y salvación una torre, que guarnecía las dependencias de la casa, pues ayudado por los suyos fue a refugiarse allí en situación tan peligrosa.

30. Fue entonces cuando creyeron los españoles, tras haber intercambiado deliberaciones por medio de sus oficiales, que no debían tolerar en absoluto por más tiempo tan notoria afrenta, vejación e insolencia por parte de los germanos y resolvieron estar todos a punto, para, en caso de que los germanos volvieran nuevamente a las andadas anteponer su honra a cualquier otra consideración y castigar a los causantes de tales agravios haciendo uso de las armas. Pero Filiberto en situación tan crítica y arriesgada llamó a su presencia al comandante general de los germanos y demás oficiales de los principales cuerpos y ante ellos pronunció en líneas generales las siguientes palabras:

31. "Un profundo pesar y aflicción, caballeros alemanes, ha invadido mi espíritu, al recapacitar hasta qué situación de riesgo e infortunio me ha empujado la fortuna, y con motivo de la discordia empezar a temer por la suerte del César Carlos; suerte, que, gracias a

cipientem; quae res ad hoc tempus uestrae gentis, quam ego semper colui et propter singularem uirtutem amaui, simulque Hispanorum fide et uirtute, itemque concordia et amicitia steterunt ac floruerunt; in quo mea hoc deterior est, quam ducum caeterorum conditio et praecipua calamitas, quod caeteros in periculis atque rerum iniquitate, suorum fide concordiaque animum confirmante, ea duntaxat cura solicitat, ne ab hostibus uel per insidias capiantur, uel rebus improuisis aut inexploratis sua temeritate superentur: me multa solicitant in hoc difficillimo bello, in cuius discrimine maxima, si unquam alias, rerum momenta uersantur, agiturque totius Italiae quidquid Caroli Caesaris ditionis est imperium; mihi enim non solum hostium Gallorum multitudini, et harum regionum magno in nostram perniciem consensui obsistendum est in tanta rerum omnium inopia, sed etiam cum meorum militum perniciosa temeritate depugnandum, qui iniurias et contumelias in commilitiones, atque etiam in praefectos inferre non desistunt; et quod

5 caeterorum TR: ceterorum A . 6 caeteros TR: ceteros A . 8 duntaxat fort. T: duntaxat fort. R: dumtaxat A

la lealtad y valor de vuestro pueblo, al que yo siempre respeté y estimé por su singular valor, unida a la de los españoles, así como a la concordia y amistad reinante, se había mantenido hasta este momento firme y floreciente; y en estas circunstancias mi situación particular e infortunio es tanto peor que la del resto de los jefes, en la medida que a los demás en situaciones de riesgo y apuro alentando su espíritu la lealtad y buena armonía existente entre su gente, lo único que les preocupa es no ser cogidos por el enemigo en alguna emboscada o ser vencidos por indiscreción propia sin tener aún bien previstos o examinados todos los puntos; a mí, en cambio, son muchas las preocupaciones que me acosan en esta penosísima guerra, del desenlace de la cual se derivan como nunca antes las más importantes consecuencias y depende en toda Italia cuanto forma parte del imperio del César Carlos: yo no sólo tengo que hacer frente a un número enorme de enemigos franceses y a una gran conspiración de estas provincias para nuestra ruina en medio de una total carencia de medios, sino que también me veo obligado a luchar contra la perniciosa temeridad de mis soldados, que no dejan de cometer agravios y afrentas

omnium est grauissimum, domesticas insidias perfidiamque extimescendum atque cauendum. De contumeliis et maleficio nihil est quod memorem; uos ipsi uidistis, qua temeritate et Germanis inusitata impudentia quidam uestrorum militum domos quasdam, quas Hispani Italique milites habitabant, superioribus diebus diripuerint, et proxime eam, qua uir illustris et dux praeclarus Fernandus Alarcon diuersabatur, qui multis suorum amissis ad munitiora domus turrimque confugiens, uix ipse Germanorum manus euasit; quo temeritatis et flagitii quis eos processuros fuisse credat, nisi uerum esset, quod ad me modo delatum est, quosdam ipsorum rebus nouis studere, et per occulta colloquia cum Gallis pacisci, et transitum in ipsorum castra moliri? qui ad hoc commodius perficiendum, et maiorem gratiam cum nostra pernicie a Gallis ineundam hoc scilicet agunt, ut suos ad similes iniurias inducentes multos habeant sceleris societate contaminatos, quorum auxilio facilius possint conata perficere in mutua Germanorum et Hispanorum discordia, aut totius

1 perfidiamque TA: per fidiamque R . 6 superioribus diebus: TA: diebus superioribus R

contra sus camaradas, e incluso sus jefes; y lo que es más grave, tengo que recelar y ponerme en guardia contra asechanzas y traiciones internas. De las afrentas y excesos cometidos nada tengo que añadir ; vosotros vísteis con vuestros propios ojos con qué osadía y desvergüenza, desacostumbrada entre los germanos, algunos de vuestros soldados saquearon días pasados algunas casas habitadas por soldados españoles e italianos, y recientemente la residencia del insigne varón y excelente general Fernando de Alarcón, que después de haber perdido a mucha de su gente logró a duras penas escapar a las manos de los germanos refugiándose en la parte más guarnecida de la casa, en una torre. Y ¿quién puede creer que ellos habrían llegado a extremo tal de osadía y perversión, si no fuera cierto lo que se me acaba de comunicar, que algunos de ellos están en abierta sublevación, están negociando por medio de emisarios secretos con los franceses y maquinan pasarse a su campo? y al objeto de realizarlo de forma más cómoda y de congraciarse más a los franceses a nuestra costa actúan sin duda así para induciendo a los suyos a semejantes desafueros tener a muchos implicados en el delito, con ayuda de los cuales poder llevar más fácilmente a cabo sus planes en medio de la discordia de germanos con españoles o de la desa-

exercitus dissidio, bonis omnibus mecum ad cohibendam, et legibus et armis uindicandam ipsorum improbitatem et perfidiam conspirantibus. Quas iniurias et contumelias initio cum leuiores esse, et a falsa paucorum occultati commeatus opinione profectae, cito cesaturae uiderentur; Hispani patienter ferebant, gens prouida et moderata, ne mutuis contentionibus res communis proderetur; nunc posteaquam easdem uident in dies augescere et ad summos uiros progressas nullo fine cohiberi, sic animo parati sunt uiri fortissimi, ut nulla amplius ratione tantam indignitatem sibi perferendam putent, quin sumptis armis uiolentos repellant et ulciscantur, quod facient me auctore et duce, qui et meos milites mutuis iniuriis et contumeliis prohibere, et perfidorum, si qui sunt, ut esse confirmantur, sceleri et insidiis cunctis rationibus occurrere constitui. Erit igitur prudentiae uestrae atque iustitiae, dare operam pro uestro officio, et in Germanos, quibus praefecti estis, auctoritate, primum eos iniuriis et contumeliis prohibere, deinde quaestionem de perfidia

6 cesaturae TR: cessaturae A . patienter TA: pacienter R .
12 sumptis TR: sumtis A

venencia general de todo el ejército, cuando todos los hombres de bien se unan a mí para reprimir y castigar por la fuerza de las leyes y las armas su maldad y deslealtad. Tales desafueros y agravios en un principio por parecer pasajeros y que teniendo su origen en la falsa creencia de unos pocos de que se les ocultaban los víveres remitirían en breve, los españoles, un pueblo prudente y moderado los llevaban con paciencia por no poner en peligro el bien común con mutuos altercados. Ahora viéndolos ir de día en día en aumento y dirigidos a los sujetos de más consideración no ponérseles coto, ellos, unos hombres valerosísimos, están resueltos a no tolerar por más tiempo bajo ningún concepto una vejación tan grande y lo que es más a repeler y castigar con las armas en la mano a los insolentes, cosa que harán a instancia mía y conmigo a la cabeza, que tengo decidido impedir que mis soldados se insulten y ultrajen unos a otros y atajar por todos los medios los delitos y asechanzas de los traidores, si los hubiese, como se asegura que los hay. Será, pues, prueba de vuestra prudencia y justicia esforzaros en virtud de vuestro cargo y autoridad sobre los germanos de que sois jefes, primero impedirles afrentas y ultrajes y

et insidiis constituere, inque sontes uestris moribus atque legibus uindicare, ne per quorundam Germanorum culpam et scelus exercitus mutuis cedibus confestus, aut domesticis insidiis appetitus in tanta hostium propinquitate in extremum discrimen adducatur, cum insigni uestrae gentis infamia, quae adhuc ore omnium fuit uirtutis iustitiae atque fidei summis iustisque laudibus celebrata."

32. Haec cum Philibertus dixisset, Germanorum praefecti pro ea uoluntate et opinione, quam in suam nationem deque ipsorum uirtutibus haberet, ei gratias agunt, seque operam daturos esse dicunt, ne in posterum superioris temporis opinione fallatur. De iniuriis, quae se inuitis fuissent illatae, et quas non a malicia, sed a quorundam intemperantia profectas fuisse putassent, sibi curae fore, ne amplius inferantur. De studio rerum nouarum et insidiis, quarum uel suspicio sibi esset molestissima, illud confirmare, ab eius flagitii uel cogitatione praefectos omnes abhorrere, se tamen

---

2 quorundam fort. T:quorundam fort. R: quorumdam A . 3 cedibus TR: caedibus A . 6 adhuc TA: ad huc R . 12 in posterum RA: inposterum T . 15 malicia TR: malitia A . quorundam fort. T: quorundam fort. R: quorumdam A

luego, previa apertura de una investigación acerca de la traición y asechanzas, castigar a los culpables según vuestras costumbres y leyes, a fin de que por la culpa y el delito de algunos germanos el ejército diezmado con asesinatos mutuos o víctima de asechanzas internas no se vea arrastrado a una situación de extremado peligro estando tan próximo el enemigo, con notable descrédito para vuestro pueblo, que hasta ahora en boca de todos ha sido objeto de grandes y merecidas alabanzas a vuestro valor, rectitud y lealtad".

32. Luego que Filiberto hubo pronunciado estas palabras, le dieron las gracias los oficiales de los germanos por aquella voluntad y aquel concepto que tenía de su pueblo y de sus virtudes, manifestándole que pondrían todo su empeño en que en lo sucesivo no se viera defraudado en su anterior opinión. Respecto a las afrentas que se habían cometido a pesar suyo y que creían había que atribuirlas no a maldad, sino a indiscreción de algunos, que ellos procurarían que no siguieran cometiéndose. En cuanto a una sublevación y traición, de que el simple hecho de suponerla les resultaba muy penoso, aseguraban que todos los jefes estaban muy distantes de tal iniquidad y hasta de imaginarla siquiera,

cunctis rationibus enixuros, ut scelus, si quid eiusmodi inter gregarios milites lateret, patefiat, et in auctores, prout rei grauitas et turpitudo poscit, uindicetur. "Hoc" inquiunt "quo fiat commodius, nos coacto concilio more nostro quaestionem exercebimus. Tu interim Hispanos in armis esse iube, ut, si scelus cognitum fuerit ad multos pertinere, improborum flagitium cum minore bonorum periculo uindicetur."

33. His dictis Germani discedunt, et quaestione habita de paucorum septem aut octo numero male cogitantium scelere compertum, deque his ab ipsis Germanis militibus, qui hastis in eos irruerunt, supplicium sumptum. Tunc omnes omnium nationum milites ad iusiurandum libentibus animis adacti nunquam se ab exercitu, dum panis et aqua suppeteret, discessuros, sed omnes calamitates aequo animo perpessuros, et frumento consumpto non recusaturos, quin hostes praelio lacessant, et omnibus officiis fungantur, quae ratio reipublicae et Caroli Caesaris dignitas postulauerit.

---

1 si quid TR: siquid A . eiusmodi TA: eius modi R . 3 prout A: pro ut TR . 13 sumptum TR: sumtum A . 17 consumpto TR: consumto A

pero no obstante, que ellos tratarían por todos los medios de sacar a la luz el delito si había alguno de esta clase oculto entre los soldados rasos y se castigaría a los promotores, conforme a la gravedad e indignidad del asunto. Y apostillan "para hacerlo más adecuadamente, nosotros celebraremos asamblea según nuestra costumbre y abriremos una investigación. Vos entretanto ordenad a los españoles estar en armas, para en caso de que se descubra que el delito transciende a muchos, se castigue la ignominia de los malvados con el menor riesgo para las personas de bien".

33. Dicho esto se retiraron los germanos y abierta la investigación se comprobó que eran unos pocos, en número de siete u ocho, los implicados en el delito de conspiración, y el castigo les fue aplicado por los propios soldados germanos, que los alancearon. Entonces la totalidad de los soldados de todas las procedencias con gusto fueron obligados a jurar que no desertarían nunca del ejército, mientras hubiese pan y agua suficientes, antes bien que soportarían con resignación todas las penalidades y, cuando se agotara el trigo, no se negarían a presentar batalla al enemigo, ni a la prestación de todos los servicios que exigiera el bien del estado y la honra del César Carlos.

34. Per idem tempus Fabritius quoque Marramaldus, patria Neapolitanus, Italicae manus praefectus, et cuius fidei atque custodiae porta urbis una credita et commissa erat, in perfidiae proditionisque suspicionem, fraude scilicet inimicorum, uenit, qui, confictis nomine Lautrechi ad Fabritium literis, cum his Italum quendam flagitiosum et astutum hominem, subornatum et instructum mittunt. Is ex industria in locum, unde ab Hispanis, qui in statione erant, conspici posset cum processisset, occultare se ac refugere coepit, ut sui aduentus suspicionem nostrorum animis iniiceret; quo animaduerso Hispani aduolant, et hominem cum literis metuenti ac trepidanti similem comprehendunt, et ad Philibertum deducunt, literis perlectis, in quibus de superiore altera epistola, et prodenda porta praemioque scriptum erat. Philibertus hominem de negotio percunctatur. Ille, ut erat instructus, nihil praeterea se scire respondit, nisi quod diebus superioribus alteras literas, a Lautreco ad Fabritium datas pertulisset, et his redditis acceptam ab eodem Fabritio epistolam retulisset;

6 literis fort. T: literis fort. R: litteris A . 7 quendam fort. T: quendam R: quemdam A . 9 in statione TA: instatione R . 12 literis fort. T: literis fort. R: litteris A . 14 literis fort. T: literis fort. R: litteris A . 18 literas fort. T: literas fort. R: litteras A . 19 Lautreco TR: Lautrecho A

34. Fue por ese mismo tiempo cuando también Fabrizio Marramaldi, de origen napolitano, oficial de la tropa italiana, a cuya lealtad se había confiado y encomendado la custodia de una puerta de la ciudad, incurrió en sospecha de deslealtad y traición por intriga sin duda de sus adversarios, quienes tras falsificar una carta dirigida a Fabrizio en nombre de Lautrec despacharon con ella a cierto italiano, un hombre perverso y astuto, al que habían sobornado y dado instrucciones al respecto. Este a propio intento, una vez que se hubo adelantado hasta un lugar desde donde podía ser visto por los españoles que estaban de guardia, comenzó como a querer esconderse y escapar, al objeto de que su llegada infundiera sospechas en los nuestros; al advertirlo los españoles acudieron rápidamente y apresaron a aquel individuo con la carta que parecía tembloroso y asustado y lo llevaron a presencia de Filiberto, después de haber leído de principio a fin la carta, en la que se hacía mención de otra carta anterior, así como de la entrega de la puerta y de una recompensa. Filiberto interrogó a aquel individuo acerca del asunto. Este, siguiendo instrucciones, respondió que lo único que sabía era que días pasados había traído otra carta de Lautrec para Fabrizio y se había llevado otra del propio Fabrizio en contestación a la que había entregado, pero que desco-

quid tamen rei inter ipsos gereretur, prorsus ignorare. Tunc uocatus Fabritius Philiberto recitatae epistolae et consilii rationem reposcenti magno et intrepido animo respondet: "Insidiae, crede mihi Philiberte, et fraudes commentaque sunt inimicorum meorum." Et ad eum qui literas attulerat, conuersus: " Tune" inquit "literas mihi unquam antehac attulisti uel reddidisti? Ego uero" respondit ille "et attuli et reddidi; et a te responsum per literas retuli. Proh facinus" inquit Fabritius "et ad Philibertum: Iube" inquit "oro, Philiberte, scelus hoc, meque custodiri, quem ego facile mendacii scelerisque conuincam." Uterque igitur custodiae datus, deinde utrique, postulante Fabritio, adhibita tormenta. Sed homo ille scelestissimus non minus conscientiae, quam tormentorum ui et impulsu dolum protinus confitetur, insidiasque indicat inimicorum Fabritii; et sic Fabritius est absolutus, et ad suam dignitatem et portae custodiam restitutus.

35. Paucis diebus interiectis Gallica classis, qua pecunia in stipendium portabatur, et multi ex Gal-

---

5 literas fort. T: literas fort. R: litteras A . 6 literas TR: litteras A . 7 antehac T: ante hac RA . 8 literas fort. T: literas R: litteras A

nocía por completo lo que éstos se traían entre manos. Entonces fue llamado a comparecer Fabrizio, quien a exigencias por parte de Filiberto de una explicación a la carta que se le leyó y a sus planes, contestó con decisión y entereza:"Son trampas, creedme Filiberto, intrigas y maquinaciones de mis adversarios". Y vuelto hacia el portador de la carta le dijo: "¿Acaso me has traído ni entregado tú nunca antes de ahora carta alguna? "Sí", respondió aquél, "os la traje y os la entregué; y me llevé vuestra respuesta por escrito". "¡Qué maldad! replicó Fabrizio, y dirigiéndose a Filiberto dijo :"Ordenad, Filiberto, os lo ruego, que se nos arreste a este criminal y a mí, a quien yo fácilmente obligaré a confesar su mentira y maldad". A ambos, pues, se les encarceló y luego a petición de Fabrizio, se les sometió a tortura; pero aquel individuo depravadísimo a la fuerza, e impelido no menos por su remordimiento que por la tortura, confesó el engaño y declaró ser una trampa de los adversarios de Fabrizio; con lo que Fabrizio fue absuelto y restituído a su cargo y a la vigilancia de la puerta.

35. De allí a pocos días la flota francesa, que transportaba el dinero destinado a las pagas y llevaba

lica nobilitate uehebantur, appulsa est, summissique ex castris equites mille ducenti, et peditum sex millia, qui ad Ioannis aedem mille quingentos circiter ab urbe passus expositis praesidio essent. Ad hos infestandos cum Ioanne Urbina iaculatores quingenti, cum Fernando Gonzaga equites trecenti mittuntur. Facto leui praelio, ubi iam dies processerat, Fernandus Gonzaga Ioanni Urbinae nuntiatum mittit, ut eam, quam ducebat, manum reduceret; iam enim hostes, ut sibi a suis nuntiatum esset, sese recipere. Urbina uero, et qui cum eo erat, Antonius Ixartinus expectandum esse dixerunt, dum hostes in castra rediuissent, ut posteriores ipsi honestius se reciperent, eoque dato responso incitatis equis feruntur, ut interposita uilla quadam tutiores a tormentis et scloppetis, quid ab hostibus fieret, prospicerent. Hoc animaduertentes iaculatores, eosque in hostes inuehi existimantes, magno clamore inter sese adhortantes in hostes procurrunt, inopinatam rem praefectis nostris demirantibus. Nam ut milites nostri sine causa in hostes incitati, sic Galli temere in fugam coniecti; a qua

---

1 est add. R: appulsa T: est A . 11 expectandum TR: exspectandum A . 12 rediuissent TR: rediissent A . 15 scloppetis RA: sclopetis T . prospicerent TA: pro spicerent R . 20 a qua RA: aqua T

a bordo a un gran número de nobles franceses, arribó y para que les sirviera de escolta tras su desembarco junto a la iglesia de S. Juan a unos mil quinientos pasos de la ciudad, desde el campamento se les envió un refuerzo de mil doscientos soldados de a caballo y seis mil de a pie. Con la misión de acosar a esta tropa se envió un destacamento de quinientos saeteros al mando de Juan de Urbina y trescientos jinetes al de Fernando Gonzaga. Después de entablada una ligera escaramuza ya bien entrado el día Fernando Gonzaga mandó aviso a Juan de Urbina de replegar la tropa a su cargo, pues el enemigo según le habían notificado los suyos se estaba retirando. No obstante, Urbina y quien estaba con él, Antonio Ixartino, replicaron que convenía aguardar hasta tanto los enemigos hubieran vuelto a su campo, para de forma más decorosa ser ellos los últimos en retirarse y tras dar esta contestación metieron espuelas a los caballos y a galope fueron a observar detrás de una finca más al resguardo de la artillería y los arcabuces las operaciones del enemigo. Los saeteros, que lo vieron y creyeron que éstos arremetían contra el enemigo animándose unos a otros con gran griterío se lanzaron a la carga ante el asombro de nuestros oficiales por aquel imprevisto suceso; pues al igual que nuestros soldados se arrojaron sobre el enemigo sin un motivo, también los franceses se dieron injustificadamente a la fuga y

non ante destiterunt, quam ad proxima castris aedificia peruenissent, quorum praesidio confisi, iaculatores consistunt, nostrorumque impetum paulisper sustinuerunt; tum nostris in urbem sese recipientibus illi in castra perrexerunt. In ea fuga ex Gallis mille circiter ducenti concisi, capti plures etiam numero. Caesarianorum perpauci desiderati; sed in his Fabius Carachulus ab Hispano iaculatore per errorem pro hoste traiectus.

36. Ex hoc die mutata fortuna, cuncta fere Caesarianis ad uotum fluere, Gallis retro, et in irritum labi coeperunt. Itaque Bertecillus nobilis latro, qui cum perditorum hominum manu circiter quingentorum, omnem circa regionem in hac perturbatione temporum infestabat, incipiens Gallorum, quibus ante fauebat, rebus diffidere, legationem ad Philibertum mittit, si sibi ab eo superioris temporis iniuriae utcumque illatae parta uictoria condonentur, et milites aliquot summittantur, daturum se operam, ut errata superiora maioribus suis officiis compensentur. Ad hanc legationem Phili-

6 perpauci TA: per pauci R . 17 summittantur TR: submittantur A

no desistieron de ella hasta haber llegado a unas edificaciones próximas a su campamento en donde confiados en la protección que éstas les brindaban hicieron alto los saeteros y resistieron por algún tiempo la acometida de los nuestros; entonces al retirarse los nuestros hacia la ciudad, ellos continuaron hacia sus reales. En esta huída murieron alrededor de mil doscientos franceses y fueron aún más los prisioneros. En las filas de los imperiales fueron muy pocos los muertos, pero entre ellos Fabio Caracciolo, que murió atravesado por una flecha disparada por un saetero español que lo confundió con un enemigo.

36. A partir de este día se produjo un cambio de suerte, a los imperiales empezó a salirles casi todo a pedir de boca, a los franceses por el contrario a irles para atrás y a frustrárseles. Así pues, Bertecillo, un famoso ladrón, que con una banda de unos quinientos forajidos aprovechando momentos tan confusos salteaba toda la zona circundante comenzó a desconfiar de la suerte de los franceses, de parte de quien había estado antes y envió a Filiberto un mensaje en el sentido de que si se le indultaban en caso de conseguir una victoria cualesquiera desafueros que él hubiera cometido en época pasada y le enviaba un refuerzo de algunos soldados, él pondría todo su empeño en contrarrestar sus faltas pasadas con sus servicios que las superarían. A este men-

bertus maiora etiam officiorum praemia proponens liberaliter respondit, et equites nonnullos Italici generis summisit, quibus sibi adiunctis Bertecillus praedas audacius agere, et commeatus, qui ad castra Gallorum importabantur, auertere, magnoque usui Caesarianis esse. Tunc nostrorum quidam hac occasione et fiducia noctu erumpentes, quoquo uersus excurrere, et interceptos commeatus in urbem, quibusdam etiam oppidis direptis, deferre coeperunt. Quod hoc etiam expeditius et cum minore periculo faciebant, quoniam morbo in Gallorum castris inualescente multi equites aegrotare incipientes, curandi causa ex castris in salubriora loca oppidaque propinqua cum suis equis excesserant et equitatus, qui excursiones impediret, ad magnam paucitatem deuenerat. Nec fere Gallis alio commeatu iam uti dabatur, quam quem ad Marellanum Aduersamque congesserant ex Capua potissimum et Nola suppeditatum, qui et ipse aegre, nec sine magno praesidio in castra, nostris uias omnes excursionibus infestantibus, perferebatur.

---

2 nonnullos TA: non nullos R . 3 summisit TR: submisit A . 9 coeperunt add. R: deferre T: coeperunt A . 13 excessarant TA: ex cesserant R

saje dio Filiberto una respuesta en sentido afirmativo ofreciéndole aún mayores recompensas a sus servicios y le envió un destacamento de algunos jinetes de nacionalidad italiana, con cuyo refuerzo Bertecillo hacía sus robos con mayor osadía, desviaba el avituallamiento con destino al campamento francés y era extraordinariamente útil a los imperiales. Entonces algunos de los nuestros aprovechando la coyuntura y en esta confianza comenzaron a hacer salidas nocturnas y correrías en todas direcciones y a llevar a la ciudad los víveres que interceptaban, saqueando también algunas plazas. Y esto lo realizaban con tanta mayor facilidad y menor peligro, cuanto que con el arraigo de la epidemia en el campamento francés, muchos jinetes que habían empezado a enfermar se habían marchado con sus caballos del campamento a lugares más saludables y a las plazas de las inmediaciones para su convalecencia y había quedado reducida a un cortísimo número la gente de a caballo que pudiese impedir las correrías. Y ya no podían los franceses utilizar prácticamente otro avituallamiento que el que habían acopiado en Marigliano y Aversa, cuyas principales fuentes de suministro eran Nola y Cápua, y que les llegaba también este al campamento con dificultad y no sin gran escolta, pues los nuestros infestaban todos los caminos con sus correrías.

37. Ut igitur hostes omni ex parte commeatibus prohiberentur, ad delendam manum, quam, ut praesidio esset commeatui, Marellanum profectam esse exploratores nuntiabant, equites trecenti cum Fernando Gonzaga, centum cataphracti cum Antonio Ixartino, et Hispani scloppetarii sexcenti a Philiberto misi. Hi prima uigilia profecti, itinere nullam partem noctis intermisso, in locum opportunum insidiis perucnerunt, ibique quarta uigilia constiterunt; his ut praesidio esset, si forte submisso a Gallis auxilio multitudine premente sese reciperent, Ioannes Urbina Hispanorum reliquam manum educere et ad paludes Neapolitanas subsistere iussus; sed orto sole, ubi hostile praesidium sese ostendit, Fernandus cum suis inuectus equitatum in fugam uertit; peditatus uero, qui mille quingentorum Heluetiorum erat, iaculatores Hispanos et equites cataphractos in se irruentes conspicatus ad proxima aedificia sese recepit, ibique acriter diu repugnauit; ad extremum tamen superatus est, omnesque uel ocisi uel capti. Eodem fere tempore cum Simone Romano, qui Cala-

5 Ixartino TA: Ixaretino R . 6 scloppetarii RA: sclopetarii T. misi TR: missi A . 18 recepit TR: recipit A . 19 ocisi TR: occisi A

37. Al objeto, pues, de cortar por todos lados el avituallamiento al enemigo, Filiberto destacó a trescientos soldados de a caballo al mando de Fernando Gonzaga, cien coraceros al de Antonio Ixartino y seiscientos arcabuceros españoles con la misión de aniquilar el destacamento, que, según aviso de los exploradores, había salido en dirección a Marigliano para servir de escolta a las provisiones. Partieron después de anochecer y sin hacer pausa alguna durante la noche llegaron a un paraje idóneo para una emboscada y allí tomaron posiciones antes del amanecer; al objeto de que les sirviera de escolta, en caso de que los franceses enviaran un refuerzo y ellos se vieran obligados a retirarse ante el acoso de un excesivo número, Juan de Urbina recibió orden de sacar al resto de la tropa española y apostarse junto a las lagunas de Nápoles. Pero a la salida del sol, cuando se dejó ver el convoy enemigo, Fernando arremetió con los suyos y puso en fuga a la caballería; a su vez la infantería, que constaba de mil quinientos suizos, al ver que se le venían encima los saeteros españoles y los coraceros se retiró a unas edificaciones próximas y allí resistió enérgicamente durante bastante tiempo; si bien al final fue vencida y todos sus integrantes o muertos o hechos prisioneros. Por esas mismas fechas más o menos llegó a Nápoles la noticia de que cinco mil hom-

briam pro Gallis obtinebat, quinque hominum millia a mille Hispanis, et equitatu ex praesidiis deducto fusa fugataque fuisse Neapolim nuntiantur ductore comite Burelli, quem Philibertus ad patrem Montis Leonis ducem, qui pro rege Siciliam procurabat, miserat, ut communi consilio eam manum opprimendam curarent. Sed in tantis iacturis nihil grauius aut molestius Gallis accidit, quam quod in ea rerum iniquitate ductor ipse Lautrecus morbo absumptus est, qui moriens imperii summam Salutiarum Marchioni et Petro Nauarro tradidit.

38. Caesariani uero ex malis hostium in dies animis augescentibus audacius liberiusque uagari, agros populari, aedificia circumiectaque oppida excursionibus uastare. Itaque Sarnum Sarni comes cum centum equitibus et quingentis scloppetariis missus delecto praesidio recepit. Hispani milites iniussu Philiberti praedandi causa digressi Somam uastato agro diripuerunt; sed iidem paulo post tentata Nola a Valerio Ursino, qui

---

3 nuntiantur TR: nuntiatur A . 9 Lautrecus TR: Lautrechus A . absumptus T: ab sumptus R: absumtus A . 16 scloppetariis RA: sclopetariis T

bres al mando de Simón Romano, que ocupaba la Calabria en representación de los franceses, habían sido desbaratados y puestos en fuga por mil españoles y la caballería sacada de las guarniciones con el acaudillamiento del Conde Burelli, que había sido enviado por Filiberto a su padre el Duque de Monteleon, que gobernaba Sicilia como Virrey, para que de común acuerdo se ocuparan de la eliminación de aquel cuerpo. Pero en medio de tan grandes pérdidas nada de lo que sucedió a los franceses fue tan grave o penoso como la circunstancia de que en situación tan crítica muriera a consecuencia de una enfermedad su general Lautrec, quien al morir entregó el mando supremo al Marqués de Saluzzo y a Pedro Navarro.

38. Los imperiales por su parte cobrando cada vez mayores alientos con las adversidades del enemigo hacían sus correrías más a rienda suelta y con mayor atrevimiento, devastaban los campos y asolaban con ellas las caserías y plazas circundantes. Y así, el Conde de Sarno, que había sido despachado con un destacamento de cien jinetes y quinientos arcabuceros, recobró Sarno tras aniquilar su guarnición. Soldados españoles sin tener orden de Filiberto salieron para darse al pillaje y después de devastado su agro saquearon Soma; pero al intentarlo poco después con Nola, estos mismos fueron recha-

hanc urbem arcemque cum praesidio sexcentorum hominum obtinebat, reiecti. Quo successu magnis spiritibus sumptis Valerius ducibus Gallorum scribit, ut sibi primo quoque tempore iaculatores mille, equites ducenti summittantur; fore, ut auctus ea manu Gallorum regem exercitumque cum insigni Caesarianorum calamitate magnis officiis prosequatur. Hanc epistolam perferendam scelestissimo ac perfido homini dedit, qui communis erat Gallorum et Caesarianorum explorator, genus hominum sine fide, sine religione, sine humanitate, diuersarum partium intestinus hostis ac pestis, deo et hominibus inuisum. Hic acceptam a Valerio epistolam ad Gallorum duces scriptam detulit ad Ioannem Urbinam. Is, lecta epistola et consilio cum Philiberto communicato, eandem exploratori reddit, et praemiis ac pollicitis oneratum pergere porro iubet, et literas ducibus Gallorum reddere, et sibi, quid ab eis consilii initum fuerit, renuntiare. A quo cum renuntiatum esset septingentos scloppetarios et equites leuioris armaturae centum, cataphractos quinquaginta Valerio summitti, ad

3 sumptis TR: sumtis A . scribit (postulatque in eras.)R: scribit postulatque T: scribit A . 5 summittantur TR: submittantur A 15 eandem TR: eamdem A . 16 literas fort. T: literas fort. R: litteras A . 19 scloppetarios RA: sclopetarios T . 20 summitti TR: submitti A

zados por Valerio Ursino que ocupaba aquella ciudad y su castillo con una guarnición de seiscientos hombres. Valerio, muy ufano por este éxito mandó decir por escrito a los generales de los franceses que le enviaran cuanto antes un refuerzo de mil arcabuceros y doscientos jinetes, pues con aquel refuerzo pensaba honrar al Rey y al ejército francés con grandes servicios causando un notable estrago a los imperiales. Encargó de llevar esta carta a un individuo depravadísimo y pérfido, que era espía tanto de los franceses como de los imperiales, de la clase de hombres sin credo, sin religión, sin principios, enemigo interno y peste de los bandos que se enfrentan, odioso a los ojos de Dios y de los hombres. Este llevó a Juan de Urbina la carta que Valerio le había entregado dirigida a los generales de los franceses. El de Urbina después de leída la carta y de común acuerdo con Filiberto se la devolvió al espía y colmándolo de recompensas y promesas le dio orden de continuar su camino, entregar la carta a los generales de los franceses a comunicarle a él la resolución que éstos tomaran. Cuando el espía informó de que se le enviaba a Valerio un refuerzo de setecientos arcabuceros, cien soldados de caballería ligera y cincuenta coraceros, fue despachado

eos oppugnandos Fernandus Gonzaga cum trecentis equitibus et scloppetariis quingentis missus, qui eos circa Nolam consecutus commisso praelio, magna parte occisa captaque, fudit.

39. His rebus gestis, cum iam frumentum etiam esset consumptum, nam quod extrinsecus per incursiones supportabatur, tantae multitudini non sufficiebat; coacto Philibertus praefectorum concilio, quid fieri placeat in ea rerum iniquitate, sententias exquirit. Quidam castra Gallorum oppugnare censebant; alii, hac sententia propter Gallicarum munitionum firmitudinem et hostium multitudinem improbata, relinquendam esse urbem existimabant, castraque inter Marellanum et hostilia castra munienda loco frumentationibus et pabulationibus itemque ad hostes re utraque prohibendos peropportuno; nec enim de urbe cibariorum funditus inani magnopere laborandum esse, si forte fuisset ab hostibus occupata. Atque haec quidem uicerat sententia, et discessus parabatur.

---

2 scloppetariis RA: sclopetariis T . 6 consumptum TR: consumtum A

para combatirlos con un destacamento de trescientos jinetes y quinientos arcabuceros Fernando Gonzaga, que dándoles alcance en las cercanías de Nola y trabando batalla los desbarató después de haber dado muerte y apresado a una gran parte.

39. Con posterioridad a estos hechos, cuando se hubo agotado del todo el trigo, pues el que se traía de fuera mediante las correrías no era suficiente para tan gran gentío, Filiberto convocó junta de jefes para pedirles parecer sobre la resolución a tomar en situación tan apurada. Algunos eran de la opinión de atacar el campo francés; otros se mostraban en desacuerdo con este dictamen a causa de la solidez de las fortificaciones francesas y del gran número de los enemigos y estimaban conveniente dejar la ciudad y fortificar los reales entre Marigliano y el campo francés en un emplazamiento muy adecuado para la provisión de trigo y el forrajeo al tiempo que para impedir lo uno y lo otro al enemigo; pues no había que preocuparse mucho por la ciudad totalmente vacía de víveres, en caso de que el enemigo llegara a adueñarse de ella. Y este dictamen era el que había prevalecido y se estaban haciendo los preparativos para la marcha.

40. Sed interim Dominicus Arriaranus, de quo supra demonstratum est, uir magno animo et consilio, suorum manipularium quadraginta iaculatoribus ascitis, inscio Philiberto, urbe silentio noctis egreditur et prope hostiles munitiones minoraque castra progressus quatuor locis idoneis suos disponit et, quid fieri uelit, ostendit. Ipse caprinas pelles albicantes, quas consutas, adiuncta etiam canina cauda, in hunc usum compara-uerat, sibi induit, et incuruatus manibus pedibusque gradiens canem simulat, et munitionibus succedens sine excubitorum suspicione, nam multi canes cadauerum causa loca illa frequentabant, procedit; dumque loci naturam et castrorum munitiones diligenter exploraret, animaduertit magnum quendam terrae hiatum, a uallo, quantum lapis manu iaci potest, distantem inter bina castra, qua proxima uia erat, quaque ultro et citro commeabatur, intercedere, quo interualli a Caesarianis occupato commodius et minora castra oppugnari, et subsidium, si a maioribus breuissima uia submitteretur, ad hiatum ex superiore loco repelli posse iudicabat.

6 quatuor em. R: quattuor T: quatuor A . 14 quendam TR: quemdam A

40. Pero entretanto Domingo Arriarano, a quien ya hemos mencionado anteriormente, un sujeto de extraordinario valor e inventiva, asociándose con cuarenta flecheros de su compañía, salió de la ciudad en el silencio de la noche sin que Filiberto supiera nada y cuando estuvo cerca de las fortificaciones y del campamento menor del enemigo distribuyó a los suyos en cuatro parajes convenientes y les dio las instrucciones pertinentes. El se puso unos pellejos blancos de cabra que había acondicionado para este fin cosiéndolos y pegándoles un rabo de perro y echando a andar arqueado a cuatro patas imita a un perro y fue aproximándose a las fortificaciones sin levantar sospecha a los centinelas, pues eran muchos los perros que merodeaban por aquellos lugares debido a los cadáveres, y estando examinando atentamente la naturaleza del lugar y las fortificaciones del campamento, observó que había enmedio de los dos campamentos una gran grieta a la distancia de un tiro de piedra de la empalizada por donde el camino era más corto y se comunicaban de un lado a otro; un espacio intermedio, que si los imperiales lo ocupaban, estimaba, se podría no sólo atacar más ventajosamente el campamento menor, sino también rechazar desde posiciones más elevadas, junto a la hendidura, un posible refuerzo que viniera desde el campamento mayor por el camino más corto.

41. Nec his contentus tres aut quatuor milites extra castra ad portam Decumanam, quae in cliuo erat, conspicatus, proximeque progressus sese erigit, et telum scloppeto iaculatus, simulque suos ad arma magno clamore uocitans proximum excubitorem inuadit, arcteque complexus, ut ex eo de rebus hostium cognosceret, secum per cliuum trahit conuoluitque; eodem tempore manipularibus, quos scloppeti strepitus exciuerat, undique cum simili clamore et strepitu accurentibus, et Hispaniam magna uoce ingeminantibus; hostes autem repentino clamore et sonitu conterriti uim maiorem aut etiam insidias metuentes castris sese continent, et ad arma concurrunt. Ita Dominico et manipularibus spatium tuto sese recipiendi datum. Ex captiuo, quam in angusto res Gallorum essent, quod diu fuerat ignoratum, cognoscit, non solum equitatum defecisse, sed exercitum etiam nuper maximum cum leuibus praeliis, tum maxime morbo ex paludum uicinitate et frequente melopeponum usu contracto ad magnam paucitatem esse redactum; itemque minoribus castris quotidiana cibaria, quae parce suppete-

---

1 quatuor em. R: quattuor T: quatuor A . 2 in clivo A: incliuo TR . 3 sese RA: se se T . scloppeto RA: sclopeto T . 7 per cliuum TA: percliuum R . 8 scloppeti RA: sclopeti T . 9 accurentibus TR: accurrentibus A . 12 sese A: se se TR . 13 spatium em. R: spacium T: spatium A . 16 solum TA: sulum R . 18 et frequente melopeponum usu T: melopeponumque usu RA

41. No contento con esto, al advertir la presencia de tres o cuatro soldados fuera del campamento junto a la puerta decumana, situada en una pendiente, se acercó aún más y se puso de pie haciendo un disparo con su fusil al tiempo que llamaba a los suyos a las armas con grandes voces se echó sobre el centinela más próximo y estrechándolo con fuerza, con el fin de averiguar por él la situación del enemigo lo arrastró consigo y rodó con él por la pendiente, en el mismo instante en que acudían de todos lados a la carrera con igual griterío y estruendo los soldados de su compañía, a los que había alertado el estampido del fusil, y repitiendo a voz en cuello el grito de "¡España!", los enemigos por su parte aterrorizados con la repentina gritería y estrépito recelando un ataque de mayor importancia o incluso una emboscada se mantuvieron en el interior del campamento y corrieron a tomar las armas, con lo que Domingo y los soldados de su compañía tuvieron tiempo de ponerse a cubierto. Por el prisionero supo en qué situación tan apurada se encontraban los franceses -extremo, que había pasado inadvertido durante mucho tiempo- no sólo que la caballería había decaído, sino que también el ejército, hacía poco tan numeroso, había decrecido enormemente a fuerza de ligeras escaramuzas, y sobre todo con la epidemia contraída por la proximidad de los pantanos y el abundante consumo de melones;y asimismo que la ración diaria de víveres, que ya escaseaban bastante, se

rent, ex maioribus in dies singulos summitti, ut uno die commeatuum inopia ad deditionem compelli possint.

42. His rebus gestis et cognitis, Arriaranus Ioannem Urbinam certiorem facit; aegrotantibus enim Philiberto et Alarcone, huius potissimum et item Antonii Ixartini et Urriae, qui militum erant magistri, consilio cuncta fere gerebantur. Urbina nihil cunctandum ratus, extrema eiusdem noctis quarta uigilia cum Hispanorum tribus millibus erumpens in castra minora contendit; et interuallum ab Arriarano notatum occupat, loci opportunitatem agnoscit, et ubi caetera, quae nuntiauerat Arriaranus, ex captiuis comperit, relictis ibi militibus in urbem ipse reuertit; Philibertum de rebus omnibus certiorem facit, communicatoque consilio copias omnes educere et Gallorum minora castra oppugnare placet. Iis etiam deductis qui montem Diui Martini custodiebant, paucis praesidio cum uno signo militari relictis, minoribus castris appropinquantes, occupatis opportunis et

1 summitti TR: submitti A . 2 inopia TA: ob inopiam R . 12 caetera TR: cetera A . Arriaranus RA: Ariaranus T . 16 oppugnare RA: oppugare T

le suministraba cada día al campamento menor desde el mayor, de suerte que por falta de vituallas en un sólo día podía forzárseles a capitular.

42. Después de esta acción y con las averiguaciones que había hecho Arriarano pasó a informar a Juan de Urbina, pues con motivo de la enfermedad de Filiberto y de Alarcón, era él principalmente el encargado de tomar decisiones, así como Antonio Ixartino y de Urría, que eran maestres de caballería. El de Urbina en la idea de que había que actuar sin pérdida de tiempo salió esa misma noche poco antes del amanecer con tres mil españoles en dirección al campamento menor, se adueñó del espacio intermedio que le había indicado Arriarano reconociendo lo idóneo de aquel paraje y cuando hubo averiguado por los prisioneros y confirmado los demás informes que le había dado Arriarano, él se dio la vuelta a la ciudad dejando allí la tropa. Informó de todos los particulares a Filiberto y de común acuerdo resolvieron sacar todas las tropas y atacar los reales menores de los franceses. Después de sacar incluso las que custodiaban el monte de S. Martín sin dejar más guarnición que unos pocos con un sólo estandarte, se aproximaron a los reales menores y una vez ocupados lugares idóneos y

aequioribus locis, acies instruunt sic animo parati, ut, si coepta oppugnatione hostes suis subsidio ex maioribus castris uenirent, collatis signis dimicarent.

43. His rebus cognitis Gallorum duces octo circiter hominum millia cum magno tormentorum numero subsidio laborantibus suis mittunt, qui per eam uiam, qua hiatus terrae, de quo supra docuimus, interiectus erat, progressi, posteaquam loca superiora a Caesarianis, quibus pares esse non possent, teneri animaduertunt, tormentorum telis eminus emissis re infecta in sua castra ab hostibus reiecti reuerterunt. Hoc cognito, qui minoribus castris continebantur, salutem duntaxat paciscentes facta deditione sese in Caesarianorum potestatem permiserunt. Quam fortunam caeteri metuentes, nec satis maiorum castrorum munitionibus fidentes proxima nocte extrema secunda uigilia silentio castris egressi Aduersam proximum oppidum, quo tutiores murorum praesidio forent, contendunt. Hoc ab exploratoribus renuntiato, equitatus Caesarianus in fugientes im-

12 duntaxat fort. T: duntaxat R: dumtaxat A

más ventajosos se alinearon en orden de batalla dispuestos a entablar una batalla campal, en caso de que una vez iniciado el ataque acudiera el enemigo desde los reales mayores en auxilio de los suyos.

43. Enterados de lo que ocurría, los generales franceses enviaron a socorrer a su gente en apuros un destacamento de ocho mil hombres junto con un gran despliegue de artillería; dichos hombres avanzaron por aquel camino, en medio del cual se hallaba la grieta de que hablamos anteriormente, y al observar que los lugares más prominentes estaban ocupados por los imperiales, con quienes no podían competir, hicieron fuego de lejos con la artillería y rechazados por el enemigo se volvieron a su campo sin conseguir su objetivo. Cuando los que estaban dentro de los reales menores tuvieron noticia de ello se rindieron sin otra capitulación que la de conservar la vida y pasaron a poder de los imperiales. Los demás temerosos de correr la misma suerte y no fiándose demasiado de las fortificaciones de los reales mayores al día siguiente al filo de la medianoche salieron en silencio del campamento en dirección a Aversa, la plaza fuerte más próxima, con el fin de estar más resguardados al abrigo de sus murallas. Luego que los batidores informaron de ello, la caballería imperial se

missus consectatusque bonam eorum partem deleuit, adiuncta rusticorum turba, qui, ut in militum, quas diligenter obseruant, calamitatibus solent, sumptis armis praedandi gratia frequentissimi conuenerant, multoque magis, quam hostes, in fugientes saeuiebant; reliqui, quorum bona pars erant Italici, cum ducibus Aduersam peruenerunt. Huc paulo post Philibertus et Alarcon, uiribus spiritibusque in aduersa ualetudine ex uictoriae laetitia resumptis, cum caeteras copias induxissent; tormenta disponere et caetera, quae oppugnationi usui sunt; comparare coeperunt.

44. Hoc animaduerso rebusque desperatis tum Gallorum duces, tum oppidani, legatis ad Philibertum de pace misis, sese in eius fidem et potestatem permiserunt. Caeterum Hispani milites, qui cum scalis se ad oppugnationem comparauerant, teneri non potuerunt, quin irrumpentes oppidum diriperent, quanquam bona pars praedae ad Italicos milites, qui castra Gallorum sequebantur, peruenit. Hi enim mutatis suo more insig-

---

3 sumptis TR: sumtis A . 9 resumptis TR: resumtis A . caeteras TR : ceteras A . 10 caetera TR: cetera A . 14 misis TR: missis A . 15 Caeterum TR: Ceterum A . 17 quanquam fort. T: quanquam fort. R: quamquam A . 19 insignibus TA: in signibus R

lanzó a la persecución de los fugitivos y dándoles alcance aniquiló a buena parte de ellos; se había unido a la caballería una caterva de campesinos, que, con el procedimiento que acostumbran a seguir en las adversidades de la gente de armas, a cuyo acecho están continuamente, empuñando las armas se habían reunido en número elevadísimo para darse al pillaje y se ensañaban con los fugitivos mucho más que la tropa; los restantes, de los que una parte considerable eran italianos llegaron con los generales a Aversa. Hasta allí condujeron poco después el resto de las tropas Filiberto y Alarcón, que con la alegría de la victoria habían recobrado fuerzas y alientos en su precaria salud, y después de ello comenzaron a emplazar la artillería y a hacer los demás preparativos idóneos para un ataque.

44. En vista de ello y ya sin esperanza alguna, tanto los generales franceses como los ciudadanos, previo envío de una embajada a Filiberto para tratar acerca de la paz, se pasaron a su disposición y tutela. No obstante, a los soldados españoles, que se habían pertrechado de escalas para el ataque, no se les pudo detener del asalto y saqueo a la ciudad, aunque una porción considerable del botín vino a caer en manos de los soldados italianos que servían en el ejército francés; pues cambiándose, como era su costumbre, las enseñas y

nibus, et sibi pro albis rubras cruces in hunc usum comparatas assuentes, in oppido diripiendo pro Caesarianis sese gesserunt. Ingressus Aduersam Philibertus, militibus armis exutis dat ueniam et abeundi libertatem. Sed hi fere domum redeuntes a rusticis inuadentibus tunicis et subuculis spoliati, multique perempti; itaque perpauci Romam, qua iter erat, peruenerunt. Salutiarum uero Marchio et Petrus Nauarrus, Guido Rangonius et Florentinorum legatus, qui commissarius dicebatur, item Nauarrae princeps uocatus, capti, et Neapolim, ut ibi in arce custodirentur, missi. Sed hi omnes praeter Guidonem paulo post morbo impliciti naturae concesserunt. Sic Gallorum exercitu ad quartum Calend. Septembris deleto nulla pars regni Neapolitani in fide Gallorum seu foederatorum mansit, praeter Apuliae pauca oppida loco et opere munita, quae Venetico praesidio ad oram Sinus Adriatici tenebantur, quae et ipsa non multo post in Hispanorum potestatem redierunt.

---

5 a rusticis A: arusticis TR . 6 perempti TR: peremti A . 8 Rangonius TR: Ragonius A . 11 missi TR: missi A . 14 Calend. TR: Kalendas A . 16 Venetico TR: Veneto A

cosiéndose en lugar de las cruces blancas otras encarnadas dispuestas a tal efecto se comportaron en el saqueo de la ciudad como si fueran imperiales. Filiberto a su entrada en Aversa indultó a los soldados después de proceder a su desarme y les dio licencia para marcharse. Pero estos por lo general de vuelta a su casa eran asaltados y despojados de sus uniformes y camisas por los campesinos y muchos asesinados, y fueron muy pocos los que lograron llegar a Roma, punto obligado en su itinerario. Por otra parte el Marqués de Saluzzo, Pedro Navarro, Guido Rangonio y el enviado de los florentinos, conocido por el Comisario, así como el llamado Príncipe de Navarra fueron hechos prisioneros y enviados a Nápoles para allí ser custodiados en el castillo ; pero todos ellos, a excepción de Guido murieron de allí a poco de muerte natural, víctimas de una enfermedad. De esta forma con la derrota del ejército francés el veintinueve de Agosto no quedó ya parte alguna del Reino de Nápoles leal a los franceses o a los aliados, excepto unas pocas plazas de la Puglia, fuertes por su emplazamiento y las obras de fortificación, ocupadas a orillas del golfo Adriático por guarnición veneciana y que no tardaron en caer también ellas en poder de los españoles.

LIBER NONUS

S I N O P S I S

LLegada de Enrique de Brunsvic a Italia y vuelta de nuevo a Alemania (1-3). Génova se pasa al bando del Emperador; captura del Conde de S. Paul (4-5). Alianza del Emperador con el Papa Clemente VII (6). Viaje de Carlos a Italia (7). Deliberaciones acerca de las condiciones de paz y discurso de Leiva al respecto (8-9). Coronación del Emperador en Bolonia (10). Viaje de Carlos a Alemania (11). Rescate de los hijos del Rey de Francia y entrega de Leonor, hermana de Carlos (12-15). Toma de Cortona y sitio de Florencia por los imperiales (16-19). Capitulación de los florentinos y reyertas entre españoles e italianos (20-22). Gobierno tiránico de los Médicis en Florencia (23)

L I B E R N O N U S

1. Dum haec ad Neapolim geruntur, Carolus Caesar, ab initio belli huius in Germaniam pecunia in stipendium militare missa, Henrico duci Prunsuicensi per literas nuntiosque negotium dederat, ut, confecta militari manu, hanc in Italiam et Neapolim deduceret, et Philiberto, qui a Lautreco et magnis Gallorum Foederatorumque copiis obsidebatur, subsidio ueniret. Sed in fines Mediolanenses magnis copiis progressum Henricum monet Antonius Leiua rogatque, ut tantisper in his regionibus moraretur, dum oppida quaedam Mediolanensis ditionis, quod facile et in expedito Hispanis Germanisque coniunctis foret, reciperentur.

3 Prunsuicensi TR: Brunsvicensi A . 4 literas fort. T: literas R: litteras A . 6 Lautreco em. T: Lautreco R: Lautrecho A 8 Henricum RA: Henrricum T

L I B R O N O V E N O

1. Mientras esto está sucediendo en Nápoles, el César Carlos, previo envío a raíz del comienzo de esta guerra de dinero a Alemania destinado a las pagas de los soldados, había encargado por medio de cartas y despachos al Duque Enrique de Brunsvic que, después de reclutar un cuerpo de soldados, lo condujera a Italia, a Nápoles y acudiera a socorrer a Filiberto, a quien Lautrec y grandes contingentes de tropas francesas y de los aliados tenían sitiado. Pero al llegar Enrique con numerosa tropa a los confines de Milán Antonio de Leiva le recomendó y rogó que se quedara en aquel territorio hasta tanto se reconquistaban algunas plazas de jurisdicción milanesa, lo cual sería fácil y alcanzable para españoles y germanos unidos.

2. Quibus postulatis ac precibus cum adquieuisset Henricus, communicato consilio Laudem Pompeiam primum oppugnare placet, quod oppidum Ioannes Paulus Sfortia cum firmo praesidio multisque tormentis obtinebat. Coepta oppugnatione et parte muri tormentorum telis solo aequata, Hispani facta testudine succedunt, magnoque impetu irrumpere conantur; sed propugnatorum uirtute et tormentorum multitudine altitudineque fossarum cum detrimento reiecti. Caeterum quoniam obsessos inopia frumenti, quod peranguste fuerat prouisum, laborare constabat, obsidione premere constituunt sic breui ad deditionem posse compelli rati, nec id quidem temere, iam enim frumentum pene solis militibus tribuebatur, oppidanis fame pereuntibus; sed tamen uehemens morbus, qui tota Italia grassabatur, pestisque Caesarianorum castra praecipue Germanos inuasit, ut ex his multis absumptis caeterorum bona pars aut iam aegrotantes aut uim morbi metuentes castris paulatim excederent domumque redirent ipso duce conniuente, qui inter moras obsidionis consumpto stipendio, quod parce

2 Henricus RA: Henrricus T . 9 Caeterum TR: Ceterum A . 10 peranguste A: per anguste TR . 13 pene TR: paene A . 17 absumptis TR: absumtis A . caeterorum TR: ceterorum A 20 consumpto TR: consumto A

2. Así que Enrique hubo accedido a sus pretensiones y súplicas, de común acuerdo tomaron la resolución de empezar atacando Lodi, plaza que tenía ocupada Juan Pablo Sforza con una potente guarnición y numerosa artillería. Una vez iniciado el ataque y cuando ya se había demolido parte de la muralla a cañonazos, los españoles formando tortuga se acercaron e intentaron con una gran embestida entrar al asalto; pero debido al arrojo con que combatían los defensores, a la numerosa artillería y a la profundidad de las fosas sufrieron pérdidas y fueron rechazados. Sin embargo, por ser cosa sabida que los sitiados se veían en apuros con la carencia de trigo, del que habían hecho corta provisión, decidieron estrechar el cerco creyendo que de este modo se les podía obligar en breve a rendirse, y esta medida no carecía de fundamento, pues el trigo ya prácticamente sólo se les distribuía a los soldados, mientras que los ciudadanos estaban pereciendo de hambre; pero la epidemia que hacía estragos en toda Italia y la peste atacó de forma tan brutal los reales de los imperiales y especialmente a los germanos, que de ellos murieron bastantes y una parte considerable de los que quedaron con vida, bien porque se sintieran enfermos, bien por temor a la virulencia de la enfermedad fueron abandonando poco a poco el campamento y volviendo a su patria con el consentimiento del propio Duque, quien, una vez agotado con las dilaciones del asedio el presupuesto para las pagas, que

alioquin fuerat suppeditatum, ipse quoque de domum reditione cogitabat.

3. Ad hunc modum castris pene nudatis, obsidione omissa, Henricus in Germaniam reuertit eo potissimum tempore, quo Franciscus Borbonius comes diui Pauli cum mediocri equitatu et peditum octo millibus in eas regiones a Gallorum rege missus peruenit, ut, si Henricus Prunsuicensis cum exercitu Neapolim processisset, ipse quoque Lautreco subsidio uenire pergeret; sin aliter, in finibus Mediolanensibus subsisteret et Venetis Sfortianisque coniunctis Caesarianos oppugnaret. Itaque post Henrici discessum aliquot oppida et castella trans Padum recepit, dum Veneti et Sfortiani, qui sub aduentum Germanorum in praesidia discesserant, conuenirent. Nam Caesariani ad magnam paucitatem redierant, exiguus erat equitatus, pauci Germani relicti, Hispani uix trium millium numerum explebant, cum quibus copiis et Italicis nonnullis Antonius relicta Laudensi obsidione ad Melignanum consederat. Ho-

---

3 pene TR: paene A . 4 Henricus RA: Henrricus T . 5 Borbonius RA: Burbunius T . 8 Henricus RA: Henrricus T . Prunsuicensis TR: Brunsvicensis A . processisset TR: procesisset A 9 Lautreco scripsi: Lautrecho TA: Lautrecco R . 13 trans Padum A: transpadum TR . 18 nonnullis TA: non nullis R

por otra parte era muy reducido, estaba pensando también él en volver a su país.

3. Cuando los reales se fueron quedando de esta forma prácticamente sin gente, Enrique después de levantado el asedio se volvió a Alemania, precisamente en el momento en que Francisco de Borbón, Conde de S. Paul, con un cuerpo mediano de caballería y ocho mil soldados de a pie llegaba a aquel territorio enviado por el Rey francés, con el fin de, si Enrique de Brunsvic seguía su marcha con el ejército hasta Nápoles, proseguirla él también y acudir en auxilio de Lautrec; o en caso contrario, detenerse en los confines de Milán y atacar a los imperiales en unión de los venecianos y la gente de Sforza. Y así, después de la marcha de Enrique tomó algunas plazas y fuertes al otro lado del Po, en tanto se reunían los venecianos y la gente de Sforza, que en torno a la llegada de los germanos se habían retirado a lugares protegidos. Y es que los imperiales habían quedado reducidos a un corto número, la caballería era exigua, germanos habían quedado pocos, los españoles apenas alcanzaban la cifra de tres mil; con estas tropas y algunos italianos Antonio, tras abandonar el sitio de Lodi, se había acantonado en Melegnano. Los enemigos por su

stes autem posteaquam praesidiis deductis conuenerant, seque Galli cum Italis coniunxerant, in Papiam conuersi, hanc oppugnare instituunt, quae ducentorum Germanorum, et Italicorum ad octingentorum praesidio ab Antonio misso tenebatur. A quibus etsi magnis animis strenueque defendebatur, tamen deiecta muri bona parte a magna hominum multitudine acriter urgente ad extremum expugnatur. Antonius enim coepta oppugnatione ex Melignano Mediolanum, ut ibi rei euentum expectaret et principem urbem tueretur, reuersus est.

4. Diebus aliquot interiectis, cum a Gallis auctore Andrea Doria ad Hispanos Genua defecisset, Hispanorum duo millia, quos Carolus Caesar huic urbi praesidio mittebat, in Liguriam appulisse nuntiantur. Ad hos locorum et rerum Italicarum ignaros excipiendos atque ducendos Antonius Ludouicum Barbianum mittit. Ii paucis diebus sine stipendio et commeatibus in agro Genuensi consumptis, posteaquam intra urbem non reci-

---

5 etsi TA: et si R . 10 expectaret TR: exspectaret A .
19 consumptis TR: consumtis A

parte, una vez que después de haber sacado las guarniciones estuvieron reunidos y se agregaron los franceses a los italianos, pusieron sus miras en Pavía y decidieron atacarla, ocupada como estaba por una guarnición, que Antonio había enviado, de doscientos germanos y unos ochocientos italianos. Y aunque estos la estaban defendiendo con grandes brios y denuedo, sin embargo, una vez derribada buena parte de la muralla, fue tomada finalmente por el insistente acoso de un gran número de hombres: Antonio cuando se inició el ataque volvió de Melegnano a Milán para aguardar allí el desarrollo de los acontecimientos y proteger una ciudad capital.

4. Habían transcurrido algunos días, cuando con motivo de la deserción de Génova del bando francés para pasarse al español a impulso de Andrea Doria, llegó la noticia de que dos mil españoles, que enviaba el César Carlos para guarnición de esta ciudad, habían arribado a las costas de Liguria. Al objeto de recibirlos y guiarlos, pues desconocían la geografía y situación italiana, Antonio despachó a Luis Barbiano. Aquellos, después de gastados unos pocos días en territorio genovés sin pagas y sin víveres, viendo que no se les daba

piebantur, ad Antonium eodem Barbiano duce uenire constituunt, et longiore circuitu, ne in hostes incide-rent, qui Derthonensem et Alexandrinum agros, qua hi uenturi putabantur, obsederant, per Placentinos et Ec-clesiasticos fines magnis itineribus non longe a Belgio- 5 so oppido ad Padi ripam peruenerunt; quo Antonius cum copiis omnibus progressus amnem nauibus traiectos illos ad se recepit Mediolanumque deduxit, ubi se propter hostilis exercitus magnitudinem et propinquitatem con-tinebat. Iam enim tum Veneti, tum etiam Galli et 10 Sfortiani coniunctis castris ad Melignanum conuenerant.

5. Sed Caesarianorum copiis manu illa Hispanorum auctis, Mediolani oppugnatio frustra fore uidebatur; ita-que Gallus Venetos et Sfortianos hortatus, ut opportu-nis locis ad Cassianum, Papiam et Vigleuenum consi- 15 dentes commeatibus hostes prohibere conarentur, ipse diductis copiis Genuam tentandi gratia, ut a rege fue-rat imperatum, proficiscitur. Sed Landianum uicum duo-decim a Mediolano millibus cum processisset; Antonius,

---

3 Derthonensem TR: Dertonensem A . 6 cum copiis omnibus T : copiis omnibus R: cum omnibus copiis A . 14 hortatus TA: hurtatus R . 17 diductis TR: deductis A . a rege RA: arege T . 18 Landianum T: Laudianum RA . 19 processisset TR: procesisset A

acogida dentro del recinto de la ciudad decidieron ir con este mismo Barbiano como guía a presencia de Antonio y dando un largo rodeo por no tropezar con los enemigos, que tenían cortado el paso por territorio de Tortona y Alessándria, por donde se creía habrían de pasar ellos, atravesaron por los confines de Placencia y la jurisdicción eclesiástica a marchas forzadas y llegaron a orillas del Po no lejos de la plaza fuerte de Belgioioso, a donde Antonio con todas las tropas se adelantó a recibirlos después de que pasaran el río en barcos y los condujo a Milán , dentro de la cual se mantenía a causa de la magnitud del ejército enemigo y su proximidad: efectivamente, después de haber procedido a la unión de sus reales ya se hallaban reunidos junto a Melegnano tanto los venecianos, como también los franceses y la gente de Sforza.

5. Pero con el incremento que experimentaron las tropas imperiales con aquel cuerpo de españoles parecía que el ataque a Milán resultaría un fracaso; en consecuencia, el francés, después de exhortar a los venecianos y a la gente de Sforza a que apostándose en sitios apropiados junto a Cassano, Pavía y Vigévano intentaran interceptar el avituallamiento al enemigo, él sacó las tropas y se puso en marcha con intención de atacar Génova, tal y como le había ordenado el Rey. Pero cuando hubo llegado hasta Landriano, un pueblo a doce mil pasos de Milán, Antonio, que no consentía en dejar pasar

qui nullam occasionem rei bene gerendae aequo animo praeteribat, Mediolano prima uigilia copias educit, quarta non longe ab hostibus progressc Borbonius, primo agmine antecedere iusso, ipse cum reliquis copiis tormentisque subsequi a praemissis speculatoribus nuntiatur. Tunc uero trecentos Hispanos iaculatores cum paruo equitatu properare ac nouissimos lacessere, hostemque morari iubet. Hi cum in conspectum hostium uenissent, Germanorum hostium aciem, quae ad tormenta subsisterat, scloppetis eminus oppugnare incipiunt. Germani despecta paucitate in eos impetum faciunt, et fugientes, donec in Antonii conspectum ventum est, insectantur. Antonius primam aciem, quae Hispanorum erat, in Germanos immittit. Horum impetum Germani ferre nequeuntes, multis scloppetorum telis occisis, caeteri fugam capessunt, nostris ad locum usque tormentorum, ubi Gallorum Italicorumque acies constiterant, insectantibus. Hic uero praelio redintegrato summa ui ab utrisque contenditur. Sed nec tunc quidem hostes diu Caesarianorum impetum ferre potuerunt. Itaque omni-

5 a praemissis A: apraemissis TR . 9 aciem TA: acie R . 10 scloppetis RA: sclopetis T . 15 scloppetorum RA: sclopetorum T . caeteri TR: ceteri A

ocasión alguna de obtener un éxito, ya anochecido sacó las tropas de Milán y así que hubo llegado antes del amanecer a no mucha distancia del enemigo, fue informado por los exploradores que había enviado por delante, de que el de Borbón había dado orden de adelantarse a la primera columna y él marchaba detrás con el resto de las tropas y la artillería; entonces ordena a trescientos arcabuceros acelerar la marcha con un pequeño cuerpo de caballería y picándole la retaguardia demorar al enemigo. Estos, cuando llegaron a divisar al enemigo, comenzaron a atacar de lejos con sus arcabuces a la fila de germanos enemigos que estaba apostada junto a los cañones. Los germanos menospreciando su reducido número arremetieron contra ellos y siguieron el alcance a los fugitivos hasta llegar a vista de Antonio. Este lanzó contra los germanos a la primera fila, formada por españoles. Los germanos, no pudiendo sostener su embestida, murieron un gran número de ellos a consecuencia de los disparos de los arcabuces y el resto emprendió la huída, persiguiéndoles los nuestros hasta el lugar donde estaba emplazada la artillería y apostadas las líneas de los franceses e italianos; aquí se reanudó de nuevo el combate y se luchó muy violentamente por ambas partes; pero tampoco entonces pudieron los enemigos sostener por mucho tiempo el ataque de los imperiales. Y

bus fusis fugatisque, magna facta caede, Franciscus ipse Borbonius in fuga comprehenditur; Hieronymus quoque Castilionensis et Claudius Rangonius Italicorum duces capti. Caesariani magna praeda multisque bellicis tormentis potiti; quorum manus qui fugientes euaserunt, hi fere omnes Papiam continenti fuga delati a sociis militibus, qui cum Picenardo huic urbi praesidio erant, spoliati sunt, armisque et equis exuti.

6. Duobus Gallorum sociorumque exercitibus, altero ad Neapolim, altero ad Mediolanum deletis et Italico bello iam magna ex parte confecto, Carolus Caesar, quanquam in se illatas iniurias armis persequi et fractos aduersarios ad quamlibet iniquas pacis conditiones compellere facile posse uidebatur, maluit tamen otio et publicae Christianorum quieti, pro sua singulari pietate ac moderatione consulere, foedusque cum Clemente pontifice maximo aequissimis conditionibus percussit; quarum ea fuit, ut Carolus in Florentiam urbem patriam Medicorum familiam, ab aduersariis post Romae

---

11 ex parte A: exparte TR . 12 quanquam fort. T: quanquam R: quamquam A . 19 Medicorum T: Maedicorum R: Medicum A

así, deshechos y puestos en fuga todos, tuvo lugar una gran matanza; el propio Francisco de Borbón fue aprehendido en la huída y también fueron hechos prisioneros los generales italianos Jerónimo de Castiglione y Claudio Rangonio. Los imperiales se adueñaron de un gran botín y de numeroso aparato bélico. A los soldados que lograron escapar de sus manos huyendo, su huída sin tregua los llevó a casi todos a Pavía, siendo despojados de ropa, armas y caballos por sus camaradas, que al mando de Picenardo guarnecían aquella ciudad.

6. Después de derrotados los dos ejércitos de franceses y aliados, el uno en Nápoles, el otro en Milán, y concluída ya en gran parte la guerra de Italia, a pesar de que se creía que el César Carlos estaba en condiciones de vengarse con las armas de las afrentas inferidas a su persona y de poder obligar fácilmente a sus adversarios deshechos a cualesquiera condiciones desventajosas de paz, prefirió, no obstante, en virtud de su singular religiosidad y templanza velar por el sosiego y la tranquilidad de la cristiandad y llegó a un acuerdo con el Sumo Pontífice Clemente en unas condiciones muy equitativas; una de ellas fue que Carlos restablecería en la ciudad patria de Florencia a la familia de los Médicis, que tras el saqueo de Roma y la

direptionem casumque Clementis deiectam, reduceret.

7. His rebus constitutis, Carolus coacta classe in Italiam nauigauit, et post Idus Augusti eius anni, qui fuit Christi nati millesimus quingentesimus uigesimus nonus, Genuam appulit. Huc paulo post tres Cardinales peruenerunt, Alexander Farnesius, qui postea Clementi demortuo in pontificatum maximum successit, Franciscus Quignonius Hispanus, quem ipsi assectabamur, et Hippolytus Medices, legati de more a Clemente pontifice missi. Paucis diebus ad Genuam commoratus Carolus Placentiam progreditur. Appropinquanti Antonius Leiua obuiam uenit, exceptusque ab eo est honorificentissime et cum magna beneuolentiae significatione. Sed non diu Placentiae commoratus Antonius in exercitum, quem ad Ardiragum reliquerat, reuertitur, et Papia in deditionem compulsa Sanctum Angelum, quod castellum operibus et praesidio permunitum erat, expugnauit, belloque Mediolanensi confecto exercitum Petro Velezio Gueuarae ad oppugnandam Florentiam deducendum,

---

7 demortuo A: demorbui TR . succesit TA: succesit R .
9 Hippolytus TR: Hipolytus A

caída de Clemente había sido destituída por sus adversarios.

7. Tras el establecimiento de estos acuerdos, Carlos juntó una escuadra y se dirigió por mar a Italia, arribando a Génova a mediados de Agosto de aquel año de 1529 d. C. Allí llegaron poco después tres Cardenales enviados según costumbre por el Pontífice Clemente como embajadores suyos: Alejandro Farnesio, posteriormente sucesor en el Supremo Pontificado de Clemente a su muerte; el español Francisco Quiñones, en cuyo cortejo iba yo mismo, e Hipólito de Médicis. Tras una estancia de unos pocos días en Génova Carlos continuó su camino a Placencia. Cuando ya estaba cerca le salió al encuentro Antonio de Leiva, que fue recibido por él con todos los honores y con grandes muestras de afecto. Pero Antonio sin detenerse mucho tiempo en Placencia volvió al ejército, que había dejado junto a Ardirago; después de obligar a Pavía a la rendición tomó S. Angelo, un castillo muy fortificado por su fábrica y por una guarnición,y concluída la guerra de Milán confió a Pedro Vélez de Guevara la conducción del ejército para

ut iussus erat a Carolo, tradidit, ipseque Bononiam contendit. Huc enim Carolus ad Nonas Nouembris peruenerat, nam eodem ante aliquot dies Clemens pontifex maximus cum collegio cardinalium uenerat, ut ibi Carolo, quemadmodum erat constitutum, imperatoriam coronam imponeret. Affuit etiam dux Mediolanensis Franciscus Sfortia, qui fide publica a Carolo facile impetrata ipsum salutandi suique purgandi gratia uenerat. De cuius et Venetorum causa (nam et ipsi legatos de pace miserant) Carolus, qui erat sponte sua ad pacem et publicam quietem propensus, deliberare coepit, Clemente quoque pontifice, qui se in pacificationem interposuerat, cunctis rationibus adhortante, grauibus prudentibusque uiris adhibitis, sed quorum erant nonnulli a re militari, uita et institutis abhorrentes. Ergo caeteris fere in pacem et pacis conditiones longe iis diuersas, quas uictores uictis et male meritis dare solent, inclinantibus, Antonius frustra dies aliquot leuioribus uerbis horum sententia improbata (nec enim semel his de rebus conuenerant) ad extremum ira, cuius erat impa-

5 quemadmodum TA: quenadmodum R . 14 nonnulli TA: non nulli R a re A: are TR . 15 caeteris TR: ceteris A

atacar Florencia, cumpliendo órdenes de Carlos, y él se dirigió a Bolonia. Allí había llegado Carlos el cinco de Noviembre; precisamente algunos días antes se había personado allí mismo el Sumo Pontífice Clemente con el Colegio Cardenalicio para imponerle allí a Carlos, tal y como estaba estipulado, la corona imperial. Se presentó también el Duque de Milán, Francisco Sforza, que había conseguido fácilmente un salvoconducto de Carlos y había venido a presentarle sus respetos y a justificarse. Su causa y la de los venecianos (también ellos habían enviado embajadores para tratar de la paz) empezó a debatirla Carlos, que era propenso por naturaleza a la paz y tranquilidad pública, alentándole a ello por todos los medios el Pontífice Clemente, que se había ofrecido como mediador y haciendo intervenir en las deliberaciones a varones graves y prudentes, pero algunos de los cuales por su vida y su formación eran ajenos a los asuntos militares. Por tanto, viendo que los demás por lo general se inclinaban por la paz y en unas condiciones muy distintas de las que suelen imponer los vencedores a los vencidos y a los que se han portado mal, Antonio después de haber mostrado durante algunos días inútilmente su disconformidad con el parecer de éstos en términos más suaves (pues no era la única vez que se reunían en torno a este tema) finalmente en un arrebato de cólera, a la que no podía dominar, pronunció el si-

tiens, incensus huiusmodi orationem habuit.

8. "Nunquam putaram, Carole Caesar, in eas nos angustias coniectum iri, ut de pace his, quae feruntur, conditionibus cum Francisco Sfortia, uel cum Venetis facienda consultare animum iuducere- mus, non modo post tot in Italia et Insubribus uictorias, caeteris hostibus peruictis et inito foedere cum pontifice maximo, sed ne tunc quidem, cum exercitus tuus Mediolani intra extraque obsidebatur, et Italiae, Galliaeque et Britanniae uiribus et conspiratione oppugnabatur, aut cum Neapoli dura itidem obsidione nostri ab eisdem premebantur. Quis enim uictor in eas pacis conditiones descendere unquam cogitauit, quas uictus turpe duceret accipere? At nunc uideo prosperis laetisque rebus non solum de huiusmodi pace, coacto a te concilio, consultari, sed etiam, quod maxime doleo, animum tuum in eam ferri praecipitem quorumdam setentiis impulsum, qui si laborum et discriminum fuissent participes et oc-

1 huiusmodi TA: huius modi R . 7 caeteris TR: ceteris A . 12 eisdem TR: iisdem A . 15 huiusmodi TA: huius modi R

guiente discurso:

8. "Nunca hubiera creído, César Carlos, que nos habíamos de ver abocados a tales aprietos, que estuviésemos resueltos a tratar sobre el establecimiento de la paz con Francisco Sforza o con los venecianos en las condiciones que se están barajando, no ya después de tantas victorias en Italia y en territorio de los ínsubres con la total derrota de los demás enemigos y el establecimiento de un acuerdo con el Sumo Pontífice, sino ni siquiera en el momento en que vuestro ejército se veía sitiado por dentro y por fuera en Milán y se hacía frente a las fuerzas conjuradas de Italia, Francia e Inglaterra, o cuando en Nápoles estos mismos sometían a los nuestros a un asedio igualmente riguroso; pues ¿qué vencedor pensó jamás en acceder a unas condiciones de paz, a las que consideraría vergonzoso sujetarse el vencido? En cambio ahora en una situación próspera y favorable estoy viendo que no sólo se está tratando en la junta que habéis convocado de una paz de este tipo, sino también, y esto es lo que más pesar me causa, que vuestro ánimo se precipita hacia ella inducido por los dictámenes de algunos, que si hubiesen tomado parte en situaciones difíci-

casiones belli longa militia didicissent, sat scio ipsos longe aliter fuisse censuros. Nunc cum hostem armatum nullum uiderint, neque unquam in castris pernoctauerint, sed nec talia munera obire iis cordi sit; nihil mirum est, homines Togatos et rei militaris insolentes parum strenue aliorum periculo de rebus bellicis statuere. Capto a tuis rege Francisco, eiusque exercitu deleto Franciscum Sfortiam Mediolanensibus ducem ipse per summam liberalitem praefecisti, putans illum tanti beneficii memorem fore, et tuas partes omni studio atque opibus adiuturum; nemo tamen fuit Italorum paulo modo cordatior, quin suspectam haberet tuam liberalitem, et ipse in primis Sfortia, in quem tantum beneficium conferebatur, quasi uelles ea ratione Mediolanensium animos, ne quid in te mouerent tam diu continere, donec caeteros tuos hostes debellasses, et esset de cunctis uictoria confirmata. Neque enim adduci poterant homines rerum Italicarum periti, eo te uecordiae (sic enim aiebant) processisse, ut ducatum Mediolanensem tam magno

1 didicissent RA: didiscissent T . 15 ne quid TR: nequid A . 16 tam diu TR: tamdiu A . caeteros TR: ceteros A . 20 processisse TR: procesisse A

les y de peligro y hubiesen aprendido con un largo servicio en el ejército los entresijos de la guerra, sé muy bien que opinarían de modo muy distinto. Ahora bien, como quiera que nunca han visto a un enemigo en armas, ni han pernoctado nunca en un campamento y ni siquiera les complace desempeñar tales menesteres, no es de extrañar que unos hombres de toga y poco duchos en la práctica militar tomen decisiones poco enérgicas en asuntos bélicos a costa del riesgo de otros. Después que los vuestros apresaron al Rey Francisco y derrotaron a su ejército, vos mismo haciendo uso de vuestra excelsa magnanimidad nombrásteis a Francisco Sforza Duque de Milán, en la creencia de que él tendría presente tan gran beneficio y apoyaría con todo su esfuerzo y medios vuestro partido; sin embargo, no hubo italiano al menos de cierta cordura que no desconfiara de vuestra magnanimidad y principalmente Sforza, en quien recaía tan gran privilegio, recelando que vos pretendiéseis por aquel medio refrenar a los milaneses para que no se sublevaran contra vos hasta tanto vos tuviéseis sojuzgados al resto de vuestros enemigos y estuviese asegurada la victoria sobre todos ellos; ni personas entendidas en la cuestión italiana podían persuadirse de que vos hubiéseis llegado a tal grado de demencia (así lo calificaban ellos), que estuviéseis resuelto a confiar el

emptum, et quo Italicum imperium maxime continetur, alteri permittere animum induceres nec iure consanguinitatis tibi coniuncto, nec aliquid magnum de te merito, ad summam cuius fidem nullis periculis haberes perspectam. Ex qua suspicione orta est illa periculosa et difficillima in te tot populorum ac principum, quorum in primis fuit Franciscus Sfortia, conspiratio, dum tuas opes in Italia, nimium ducatu Mediolanensi augescentes, partim suspectas haberent, partim inuidiosas, a quibus periculosissimum nobis bellum primum ad Insubres, deinde in regno Neapolitano communibus armis illatum est. Obsecro te, Caesar, si, ut uictor utrobique ex summis tuorum periculis fuisti, sic uictus fuisses, poterasne iniquioribus conditionibus, aut minus ex tua dignitate pacem cum Francisco Sfortia, aut Venetis facere, quam ut tu his, quidquid tuum per uim aut dolum occuparunt; illi ducatum Mediolanensem retinere permitteres; ipsi, bellum a te renouaretur, uix unius anni uectigalibus redimerent? At bonis uiris pace semper est bello prae-

1 emptum TR: emtum A . 4 summam TR : summum A . 10 a quibus RA: aquibus T . 14 poterasne A: poteras ne TR. 19 uectigalibus TA: uictigalibus R

Ducado de Milán, que tanto os había costado y sobre el que gravitaba de modo muy especial la dominación italiana, a otra persona no unida a vos por lazos de parentesco, ni que hubiese hecho merecimientos para una distinción tal de vuestra parte, en una palabra a alguien de cuya lealtad no teníais pruebas en situación alguna de peligro. Y de tal recelo nació aquella peligrosa y muy embarazosa conjura que tantos pueblos y señores , entre quienes se contaba en un lugar prominente Francisco Sforza, fraguaron contra vos, en tanto que unos sentían recelo y otros envidia de vuestros poderes en Italia en excesivo incremento al añadírseles el Ducado de Milán , los cuales con sus armas asociadas os hicieron una guerra muy arriesgada para nosotros primero en territorio de los ínsubres y luego en el Reino de Nápoles. En nombre del cielo decidme, Emperador, si, al igual que en uno y otro sitio resultásteis vencedor gracias al enorme riesgo afrontado por los vuestros, hubiéseis resultado vencido, ¿podríais acaso hacer la paz con Francisco Sforza o con los venecianos en condiciones más desfavorables o menos conformes a vuestro decoro, que concediéndoles, como vos hacéis, a ellos la retención de todo lo que se apropiaron a la fuerza o por engaño y a él la del Ducado de Milán; y que compren con apenas la renta de un año la no reanudación de la guerra por vuestra parte? Se me puede objetar que los hombres de bien siempre han de preferir la paz a la guerra; ¿quién lo niega?

ferenda: quis negat? Addo etiam iusto bello nihil aliud, quam pacem peti; sed quam pacem? An eam, quae futura sit causa belli multo difficilioris? Fac pacem istis legibus trans Padum; iam tibi erit in Campania pro auito regno minoribus uiribus dimicandum. Quanquam quid tandem peroptatam inter Christianos pacem moratur? Aut quanti demum negotii est Franciscum Sfortiam totis finibus Mediolanensibus, ut meritus fuit, submouere? Quo facto, et Gallorum uiribus et animis iam saepe repetito uulnere perfractis et nouo foedere conciliatis, pontifice in tuam amicitiam traducto, Venetis bellum deprecantibus, nihil obstare potest, quominus, si uelis, simul pacem tutiorem uniuersae Italiae reddas, simul imperium Italicum cum maxima tua dignitate retineas. Nam si difficile fore reputas urbes munitissimas a Venetis recipere, quanquam nihil tale fortibus uiris est difficile, si tamen eos bello lacessere tibi non est cordi, consultetur sane de pace cum Venetis facienda, ducatum uero Mediolanensem in potestatem tuam iam

6 Quanquam TR: Quamquam A . peroptatam TA: per optatam R . 13 uelis TA: uel is R . 15 retineas TA: teneas R . 17 quanquam T: quanquam fort. R: quamquam A . difficile TA: dificile R

Añado incluso que el objetivo de una guerra justa no ha de ser otro que la consecución de la paz; pero ¿qué clase de paz?¿acaso una que motive una guerra mucho más encarnizada? Haced la paz con estas normas al otro lado del Po, entonces tendréis que combatir en la Campania con menores fuerzas en defensa del Reino heredado de vuestro antepasados. Aunque ¿qué es lo que al fin y al cabo demora la deseada paz entre los cristianos, o qué transcendencia tiene en suma excluir a Francisco Sforza de todos los confines del Milanesado, como lo tiene merecido? Conseguido esto, una vez quebrantadas las fuerzas y los ánimos de los franceses con un descalabro ya reiterado en varias ocasiones, y reconciliados con un nuevo tratado; una vez hecho pasar el Pontífice a vuestra amistad, mientras que los venecianos por su parte os piden que desistáis de la guerra, no hay obstáculo alguno para que, si queréis, a un tiempo no sólo restituyáis una paz más sólida a toda Italia, sino también retengáis el dominio sobre Italia con grandísimo decoro para vos. Efectivamente, si consideráis dificultoso recuperar de manos de los venecianos ciudades extremadamente fortificadas, aunque ninguna empresa de este tipo resulta difícil para hombres esforzados, con todo, si no os complace entrar en guerra con ellos, que la deliberación gire en torno al establecimiento de la paz con los venecianos, pero el Ducado de Milán, ya prác-

totum pene redactum, et qui paruo negotio, si quid deest, omnino redigi potest, ei, qui in te tuorumque excidium sceleratissime conspirauit, cum tanta imperii ac dignitatis iactura permittere, cuius tandem prudentiae fuerit? Trigesimum iam circiter annum bellum in Italia, et Gallia citeriore cum Gallis et Gallicarum partium studiosis gerimus, semper propemodum uictores; sed uix una parta uictoria, quidquid cepimus, retinentes, ecce rursus bello renouato lacessimur. Quid fore sperandum est, si ea prouincia cesserimus, quae per se opulentissima, nobis ad bellum propulsandum opportuna, tanquam uallum est regni Neapolitani? Hoc erat, Caesar, quod tot optimi, et fortissimi uiri tum Hispani nominis, tum Germani pugnantes et in castris occumberent, quod copiae tuae uniuersae maxima saepe discrimina adirent, et omnium rerum inopia laborarent, ut tu, quem praesentem putabamus uniuersam Italiam subacturum, quod tui tot laboribus tantoque diffuso cruore parauerunt, id hostibus traderes ficta eorum oratione uictus, qui

1 pene TR: paene A . si quid TR: siquid A . 8 cepimus TR: coepimus A . 12 tanquam TR: tamquam A

ticamente sometido por entero a vuestro poder y, si queda alguna parte por someter, fácilmente reducible en su totalidad, ¿qué persona sensata en suma se lo confiaría, con tan considerable menoscabo de vuestro poder y honra a aquél que ha conspirado ignominiosamente contra vos y para ruina de los vuestros? Ya llevamos unos treinta años haciendo la guerra en Italia y la Galia citerior contra los franceses y con los simpatizantes de los franceses, quedando casi siempre vencedores; pero apenas hemos conseguido una victoria y pretendemos retener lo conquistado, he aquí que volvemos a ser provocados con la reanudación de la guerra. ¿Qué cabría esperar, en caso de que nos retiráramos de esta provincia, riquísima de por sí y para nosotros muy idónea para repeler la guerra, que viene a ser como la empalizada del Reino de Nápoles? Era por esto, Emperador, por lo que tantos hombres excelentes y valientes así de origen español, como germano sucumbieron en combate y en el campo, por lo que todas vuestras tropas corrieron en repetidas ocasiones los mayores peligros y sufrieron privaciones de todo tipo, para que vos, de quien creíamos que estando presente subyugaríais a toda Italia, entreguéis a los enemigos lo que los vuestros han logrado a costa de tantas penalidades y de tan gran derramamiento de sangre, dejándoos cau-

te frustra pertinacibus armis oppugnauerant, dum te per speciem religionis ad Christianorum pacem, quam ipsi perturbant, et ad bellum in Turcas, quos in te solent concitare, adhortantur. Quod si Turcae adhuc bello Christianos urgerent, et te pietas in patriam et religionem, ut nuper, properare cogeret; quibuscunque conditionibus pacem cum Christianis fecisses, laudem pii ac religiosi principis apud omnes bonos merereris. Nunc hostis ille Germanorum, fratrisque tui uirtute repulsus in suum se regnum recepit, et licet tibi commodius rebus tuis Italicis consulere. Quod cum ita sit, si Mediolanensi principatu, de quo nuper contendentes affectum iam bellum gerebamus, tam praeter tuam dignitatem et commoda cesseris; quid omnes homines loquentur, praesertim qui tuae gloriae atque imperio inuident, nisi quod iam, postquam hic rumor increbuit, loquuntur, tibi neque animum suppetere, neque uires ad Mediolanum retinendum? Qua opinione quid indignius ad tuam existimationem, aut periculosius ad Italicum tuum im-

4 adhuc TA: ad huc R . 6 quibuscunque fort. T: quibuscunque R: quibuscumque A . 15 loquentur add. R: homines T: loquentur A . 16 inuident (loquentur in eras.) R: inuident loquentur T: invident A

tivar por las palabras artificiosas de aquellos, que sin resultado os han atacado una y otra vez con sus armas y que so pretexto de la religión os exhortan a la paz de la cristiandad, que ellos mismos perturban, y a la guerra contra los turcos, a quienes acostumbran a levantar contra vos. Aparte de eso, si los turcos acosaran todavía a los cristianos con la guerra y vuestro amor a la patria y a la religión os forzara, como hace poco, a marchar apresuradamente contra ellos, con cualesquiera condiciones que hiciéseis la paz con los cristianos mereceríais ante todas las personas de bien el honroso calificativo de príncipe piadoso y religioso. Ahora bien, ese enemigo rechazado por el valor de los germanos y de vuestro hermano se retiró a su reino y a vos os es posible atender de forma más acomodada a vuestros intereses en Italia. Y dado que esto es así, si os retiráis de forma tan poco conveniente y digna del Milanesado, por el que combatiendo hasta este momento sosteníamos una guerra ya a punto de finalizar, ¿qué va a decir la humanidad entera y principalmente aquellos que ven con malos ojos vuestra gloria y vuestro poder, sino lo que ya desde que se difundió este rumor están diciendo; a saber, que no tenéis arresto ni fuerzas suficientes para retener Milán? Y¿qué juicio se puede expresar más denigrante para vuestra estima o que comprometa más

perium dici potest? Sed ut finem dicendi faciam: utinam Carole Caesar sim falsus uates, sic tamen existimo, si nunc uolens ducatum Mediolanensem e manibus emiseris, fore, ut non multo post in summum regni Neapolitani discrimen inuitus adducaris."

9. Hanc orationem Carolus, etsi nec uanam esse, nec contemnendam intelligebat, tamen quia statuerat publicam Christianorum quietem cunctis rationibus anteferre, tandem aequissimis conditionibus et pacem cum Venetis fecit, et Franciscum Sfortiam ad suam dignitatem principatumque restituit ea lege, ut numorum aureorum coronatorum nongenta millia intra decennium tribueret; sed ita ut unam dimidiam partem primo anno, alteram nouem annis aequis pensionibus solueret, retentis Caroli praesidio Mediolanensi Nouocomensique arcibus, donec summae dimidium primo anno ex lege persolueretur. In quam conditionem Carolus hoc minus grauate descendit, quod iam cum rege Gallorum pax conuenerat, Aloisia Francisci regis matre, et Marga-

11 numorum TR: nummorum A . 15 Caroli praesidio add. R: retentis T: Caroli praesidio A

vuestra dominación en Italia que éste? Pero, para poner fin a mis palabras, ojalá, César Carlos, me equivoque en mis pronósticos; sin embargo yo soy de la opinión de que, si ahora dejáis escapar voluntariamente el Ducado de Milán de vuestras manos, sucederá que no tardaréis mucho en veros abocados a vuestro pesar a una situación crítica respecto al Reino de Nápoles."

9. Carlos, aunque comprendía que estas razones no carecían de fundamento, ni eran de desdeñar, sin embargo, puesto que tenía decidido anteponer la tranquilidad de la cristiandad a cualquier otra consideración, hizo finalmente la paz con los venecianos en condiciones muy equitativas y a Francisco Sforza lo restituyó en su título y estados, con la condición de que en un plazo de diez años pagara una renta de novecientas mil coronas de oro, pero de forma que el primer año había de pagar una mitad y la otra mitad en nueve años a cantidades iguales, quedando con guarnición de Carlos los castillos de Milán y Novocomo, hasta tanto hiciese efectiva el primer año, según dicha cláusula, la mitad de la suma. Carlos se avino a este acuerdo tanto menos a disgusto, cuanto que ya estaba ajustada la paz con el Rey francés por obra y con intervención de Luisa, madre del Rey

rita amita Caroli Caesaris auctoribus et agentibus, quae cum se in pacificationem interposuissent, Cameracum Belgicum oppidum eius rei gratia conuenerunt, et multis proceribus prudentibusque uiris adhibitis de concilianda pace diu cum fuisset disceptatum, foedus ex ipsarum sententia, Carolo et Francisco consentientibus, his potissimum conditionibus factum est: ut rex Franciscus Flandriae ciuitates liberaret, quae erant eo iure, ut ab eis causae ad Galliae regium tribunal ex prouocatione reiicerentur: ut ad bellum, quo Carolus iussisset, tredecim triremes rebus omnibus instructas in annum submitteret, suisque sumptibus aleret: ut idem rex Gallus rursus, quod saepe fecerat, iure cederet, quod ad regnum Nauarrense et Neapolitanum, Mediolanensemque principatum, quod sese habere praedicabat, et simul annuam centum millium ducatorum ex regni eiusdem Neapolitani uectigalibus pensionem et multorum annorum non solutam pecuniam, quae summa ducatorum quindecies centena millia colligebat, Carolo remitteret; hanc enim pensionem Carolus inter initia

9 ex provocatione A: exprouocatione TR . 10 iussisset TR: iussisset A . 12 sumptibus TR: sumtibus A . 14 ad regnum Nauarrense et Neapolitanum Mediolanensemque Principatum em. R: ad regnum Neapolitanum ducatumque Mediolanensem T: ad Regnum Navarrense et Neapolitanum Mediolanensemque Principatum A . 15 quod sese habere RA: sese habere T . 17 Neapolitani add. R: eiusdem T: Neapolitani A

Francisco, y Margarita, tía del César Carlos, que se habían ofrecido como mediadoras para un acuerdo de paz y a este fin se reunieron en Cambray, una plaza fuerte de Flandes, y tras largos debates sobre el acuerdo de paz con la participación de gran número de varones principales y de juicio, se concluyó un acuerdo según el dictamen de éstas y con el consentimiento de Carlos y Francisco, cuyas principales cláusulas fueron las siguientes: el Rey Francisco liberaría a las ciudades de Flandes que estaban sujetas al derecho de admitir apelación para los tribunales reales de Francia; suministraría anualmente para la guerra trece galeras equipadas de todo enviándolas a donde Carlos le hubiese dado orden y las mantendría a sus expensas; este mismo Rey de Francia renunciaría una vez más, cosa que había hecho en repetidas ocasiones, al derecho que pretendía tener sobre el Reino de Navarra y Nápoles y el Milanesado, al tiempo que perdonaría a Carlos la contribución anual de cien mil ducados sobre las rentas del mismo Reino de Nápoles y la cantidad de dinero de muchos años no satisfecha, que ascendía a un total de un millón quinientos mil ducados (esta contribución se la había asignado Carlos a Francisco a los comienzos de su reinado

regni sui Francisco constituerat, auctore Guilielmo Caeuerio, qui hac ratione Gallum a bello Neapolitano, quod Caroli aetatem contemnens inferre moliebatur, auocandum esse censuerat: praeterea, ut idem rex coronatorum duodecies centena millia Carolo numeraret, subductis trecentis millibus, quae Henrico Britanniae regi soluerentur, quam summam ab eo Carolum accepisse mutuam supra demonstrauimus. Est autem coronatus numus aureus, qui scutatus quoque, et utroque modo ab impressis insignibus nominatur, quinta decima circiter parte minoris ualoris quam ducatus, qui ducatus ex auro puriore, et, ut alio in loco demonstrauimus, drachmae circiter ponderis erat, et in Castella undenis argenteis numis, regalibus dictis, et binis aereis blancis permutabatur; regalis autem sexagenis octonis blancis; nam numus morapetinus, qui ualorem per tempora mutauit, et cuius nomen his quoque temporibus frequentissime usurpatur, iam re prorsus aboleuit, et pro singulis morapetinis binae blancae numerantur.

---

1 Guilielmo T: Guiliermo FA . Caeuerio TR: Ceverio A . 9 numus TR: nummus A . 14 numis TR: nummis A . 16 numus TR: nummus A

por consejo de Guillermo de Chèvres, que había creído conveniente hacer desistir por este procedimiento al Rey francés de la guerra de Nápoles, que tramaba emprender desestimando la corta edad de Carlos); además este mismo Rey abonaría a Carlos la cifra de un millón doscientas mil coronas, descontadas las trescientas mil que le serían pagadas al Rey Enrique de Inglaterra, suma, que ya dijimos antes, éste le había prestado a Carlos. Pues bien, la moneda de oro "corona", también llamada"escudo", y que con ambas denominaciones toma su nombre de la impronta que llevan impresa, vale aproximadamente quince veces menos que un "ducado"; ducado, que estaba acuñado con oro más puro y pesaba, como ya explicamos en otro sitio, más o menos una dracma, y en Castilla se cambiaba por once monedas de plata llamadas "reales" y por dos de cobre o "blancos", y el real a su vez por sesenta y ocho blancos; en efecto, la moneda "maravedí", que tuvo diferentes valores en cada época y cuya denominación se usa muy corrientemente también en la nuestra ha dejado por completo de estar en curso y por un maravedí se pagan dos blancos.

10. Has igitur conditiones foedere Camaracensi rex Franciscus, ne ducatum Burgundiae, quemadmodum fuerat Madritiensi foedere pactus pollicitusque, iusto principi redderet, utque filios redimeret, libenter accepit, nuptiis quoque Leonorae Caroli sororis denuo pactis. Carolis autem Bononiae coronatus est a Clemente pontifice ipso die natali suo, qui festus agitur diui Matthiae, id est ad sextum Calend. Martias insequentis anni, qui fuit Christi MDXXX, ad fanum diui Petronii in magna principum legatorumque frequentia magnaque ceremonia.

11. Rebus Italicis constitutis Carolus, et publica Christianorum pace firmata, a Clemente pontifice Bononiaque post Idus Martias discedens in Germaniam contendit, ut eius tractus suae fidei commissorum mortalium rebus consuleret, et religioni Christianae prospiceret, quae Martini Lutheri haeresiarchae impietate et fraudibus per eas regiones exagitabatur. Quo ex itinere cum Mantuam peruenisset, Federicum Gonzagam,

5 Leonorae T: Leonore R: Eleonorae A . 8 calen. TR: Kalendas A insequentis TA: in sequentis R . 9 M D X X X TR: millesimus quingentesimus trigesimus A . 11 ceremonia TR: caerimonia A

10. Así pues, el Rey Francisco aceptó de buen grado estas cláusulas del tratado de Cambray, por no restituir a su legítimo soberano el Ducado de Borgoña, según había acordado y prometido por el tratado de Madrid, y por rescatar a sus hijos; también se convino nuevamente la boda con Leonor, hermana de Carlos. De otro lado, Carlos fue coronado en Bolonia por el Pontífice Clemente el mismo día de su cumpleaños en que se celebra la festividad de S. Matías, esto es el veinticuatro de Febrero del año siguiente, el de 1530, en la iglesia de S. Petronio, con gran pompa y boato y numerosa asistencia de magnates y embajadores.

11. Luego que estuvieron resueltas las cosas en Italia y estuvo consolidada la paz de la cristiandad, Carlos dijo adiós al Pontífice Clemente y a Bolonia a mediados de Marzo para dirigirse a Alemania, con el fin de interesarse por los asuntos de las personas de aquella zona confiadas a su tutela y salvaguardar la religión cristiana, que por aquellos territorios andaba confundida por la impiedad y falacias del heresiarca Martín Lutero. Así que hubo llegado en su viaje a Mantua orde-

qui titulo Marchionis huic ciuitati imperitabat, quique accedentem omnibus officiis diligentissime ac studiosissime coluit, pro Marchione ducem deinde iussit apellari. Erat antiquitus Mantua ex earum ciuitatum numero, quae liberae et imperatioriae nominantur. Caeterum ciuilibus contentionibus exagitati Mantuani, Possenino, qui tyrannidem affectabat, per Ludouicum Gonzagam electo, suae ciuitatis principatum ad eundem Ludouicum, cuius probitatem et iustitiam perspexerant, uolentes detulerunt anno Christi MCCCXXVII, ab eoque tempore Gonzagarum familia imperitat huic ciuitati. Ex qua familia Ioannem Franciscum Gonzagam Ludouici abnepotem Sigismundus imperator Mantuae Marchionem constituit, anno Christi millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, ut modo Carolus Federicum ducem effecit. Atque haec quidem apud Carolum ipsum gerebantur.

12. In Hispania uero Petrus Fernandus Velascus comestabilis Caroli iussa de regis Galli filiis liberan-

---

5 Caeterum TR: Ceterum A . 8 eundem fort. T: eundem R: eumdem A . 10 M C C C X X V II TR: millesimo trecentesimo vigesimo septimo A

nó que en adelante Federico Gonzaga, que a título de Marqués gobernaba en esta ciudad y que puso un especial esmero en dispensarle a su paso todo tipo de atenciones, en lugar de Marqués tuviera el título de Duque. Mantua antaño figuraba entre aquellas ciudades llamadas libres e imperiales; pero los mantuanos, que se veían sacudidos por discordias civiles, después de expulsar a Posenino, que aspiraba a la tiranía, por mediación de Luis Gonzaga, le confirieron voluntariamente la soberanía sobre su ciudad a este mismo Luis, cuya honradez y equidad tenían comprobadas, el año 1327 d. C. y desde entonces la familia de los Gonzaga gobierna en esta ciudad. A un miembro de esta familia, Juan Francisco Gonzaga, biznieto de Luis, el emperador Segismundo lo nombró Marqués de Mantua el año 1434 d. C., del mismo modo que Carlos poco ha convirtió a Federico en Duque. Y esto fue lo acaecido en torno a la persona de Carlos.

12. De otra parte, en España, el Condestable Pedro Fernández de Velasco ponía en ejecución las órdenes

dis exequebatur. Hos nanque initio, cum a patre obsides fidei iurisque iurandi dati essent, Carolis Inecho Velasco comestabili per Carolum Lanoium ad Victoriam urbem Cantabriae custodiendos dederat, unde Burgos deducti ab eodem Velasco, quoad uixit, custodia indulgentiaque regia custoditi fuerunt; sed non multo post Inecho uita defuncto, iidem Petro Velasco eius maximo natu filio et in principatum titulumque successori, simulque fratri Ioanni Touario Berlanguae Marchioni traduntur, ut, si quando comestabilis ipse a custodia ex causis necessariis auocaretur, Marchio fratris uicem ipsorum custodiae praeesset. Primum igitur Berlangam, deinde Pedrazam oppidum comestabilis ditionis munitissimum ad montem Orospedam non procul urbe Sagouia traducti, ibique custodiebantur: facto autem foedere Cameracensi ipsos liberandi Carolus et Franciscus negotium binis legatis dederunt; ille comestabili eidem, et Ludouico Phandio Belgae, quem ante ad regem eundem legatum miserat; hic Annae Memoransiaco, qui postea fuit Galliae comestabilis, et

1 exequebatur TR: exsequebatur A . nanque fort. T: nanque R: namque A. a patre RA: apatre T . 3 Inecho TR: Enecho A . Velasco comestabili TA: comestabili R . 5 quoad vixit A: quo ad uixit T: quo aduixit R . 7 Inecho TR: Enecho A . 9 Berlanguae TR: Berlangae A . 11 auocaretur T: euocaretur RA . 12 uicem TR: vice functus A . 19 eundem TR: eumdem A

de Carlos relativas a la liberación de los hijos del Rey. El hecho es que en un principio, cuando su padre los entregó en garantía del cumplimiento de su palabra y juramento, Carlos por mediación de Carlos de Lanoy había confiado su custodia al Condestable Iñigo de Velasco en Vitoria, ciudad de Cantabria, de donde este mismo Velasco los trasladó a Burgos y mientras él vivió estuvieron en prisión con las consideraciones de su carácter de Reyes; pero tras el fallecimiento de Iñigo no mucho después, éstos fueron confiados a Pedro de Velasco, su primogénito y el sucesor de sus estados y título, a la vez que a su hermano Juan de Tovar, Marqués de Berlanga, con objeto de que, si alguna vez el propio Condestable se veía dispensado de su custodia por razones de peso, el Marqués haciendo las veces de su hermano se encargara de su custodia. Primeramente, pues, fueron llevados a Berlanga y luego a Pedraza, una plaza muy fortificada de jurisdicción del Condestable junto al Monte Orospeda no lejos de la ciudad de Segovia, y allí eran custodiados. Cuando se concluyó el tratado de Cambray Carlos y Francisco habían encargado de su liberación cada uno a dos embajadores; el primero a este mismo Condestable y al flamenco Luis Phandio, con anterioridad embajador suyo ante este mismo Rey; y el último a Ana de Memoransi, posteriormente

Tornensi cardinali. Quibus cum placuisset, ut ad regnorum confinia et oram oceani conuenirent, Velascus comestabilis ex Pedraza cum obsidibus Fonterrabiam contendit, multis uiris principibus propinquis amicisque comitantibus, quorum fuere Ioannes Rogias Pozae Marchio, Iacobus Velascus Mieuae, Athanasius Aiala Saluaterrae, Alfonsus Mendoza Cluniae comites; item Bernardinus Velascus Bernardini comestabilis filius, Petrus Luna, qui Fontidognis, Gutierrus Quixada, qui Villagarsiae, Franciscus Osorius, qui Valdonquillo, Aluarus Luna, qui Cornago castellis imperitabant.

13. Eodem tempore Leonora regina, ut cum regulis in Galliam contenderet, Madritio profecta ad comestabilem peruenit. Is, caeteris cum Marchione fratre et nobilium uirorum comitatu relictis, se subsequi et ad Pueblam Arganzonis suae ditionis oppidum, donec rebus confectis atque paratis euocarentur, consistere praecipit; ipse maioribus itineribus ad locum destinatum, quo caeteri legati conuenerant, cum paucis ire

3 Fonterrabiam TR: Fonterabiam A . 5 Rogias TR: Roxas A . 9 Villagarsiae TR: Villagarciae A . 12 Leonora TR: Eleonora A 14 caeteris TR: ceteris A . 17 euocarentur TA: euocantur R . 19 caeteri TR: ceteri A

Condestable de Francia, y al Cardenal de Tornay. Habiendo resuelto éstos concurrir a la frontera de uno y otro reinos y a la costa del Océano, el Condestable Velasco salió de Pedraza con los rehenes en dirección a Fuenterrabía acompañado de una numerosa comitiva de señores principales, allegados y amigos suyos, entre los que figuraban Juan de Rojas, Marqués de Poza; Jacobo de Velasco, Atanasio de Ayala y Alfonso de Mendoza, Condes de Nieva, Salvatierra y Clunia respectivamente; así como Bernardino de Velasco, hijo del Condestable Bernardino: Pedro de Luna, Gutierre de Quijada, Francisco Osorio y Alvaro de Luna, que regentaban los fuertes de Fuentidueña, Villagarcía, Valdunquillo y Cornago respectivamente.

13. Por esas mismas fechas la Reina Leonor salió de Madrid para dirigirse a Francia en compañía de los Infantes y llegó a donde estaba el Condestable. Este, dejando a unos con su hermano el Marqués y el cortejo de señores nobles, dio orden al resto de seguirle y parar en la Puebla del Arganzón, una plaza de su jurisdicción, hasta recibir aviso cuando todo estuviese solucionado y a punto; él con unos pocos prosiguió su camino más a prisa hacia el lugar acordado, a donde habían concurrido los demás embajadores, y se detuvo en Fuen-

perrexit, substititque ad Fonterabiam; nam regis legati ad Baionam, et extrema regni constiterant. Sed primum utrinque, qui salutem nuntiarent renuntiarentque, missi, deinde Galli ipsi Fonterabiam ad comestabilem salutandi colloquendique gratia, dum pecunia conuehitur, progressi. Tertio demum mense coacta pecunia rebusque constitutis, ut fraus omnis abesset, ad numerandam explorandamque pecuniam cum metallorum peritis ex Hispania Belgioque euocatis Baionam, ut a Carolo fuerat imperatum, Aluarus Lugus missus est, uir domi nobilis et strenuus, nec solum ad caeteras res gerendas, sed etiam ad ciuitates moderandas, ut claris documentis ostendit, aptissimus.

14. Omnibus rebus comparatis, Reguli euocantur, quos tradendi, simulque pecunias et scripturas recipiendi haec ratio inita fuit legatorum consensu. Est prope Fonterabiam inter hanc et Baionam aestuarium fluminis instar, hinc Hispaniam, illinc Galliam attingens. In huius fere medio nauicula constituitur superne

11 caeteras TR: ceteras A . 18 instar TA: istar R

terrabía: los del Rey lo habían hecho en Bayona y en los confines del Reino. Si bien, en primer lugar unos y otros despacharon mensajeros para cumplimentarse recíprocamente; luego los propios franceses pasaron a Fuenterrabía a presencia del Condestable para presentarle sus respetos y parlamentar con él, mientras se les llevaba el dinero. Cuando por fin al tercer mes estuvo reunido el dinero y todas las previsiones tomadas, a fin de que no hubiese engaño alguno, junto con expertos hechos venir de España y Flandes a Bayona, según había dispuesto Carlos, fue despachado para contar y examinar el dinero Alvaro Lugo, un hombre de reputación en su tierra, valeroso y muy apropiado tanto para otros cometidos, como para el gobierno político, según dio notorias pruebas.

14. Cuando todos los preparativos estuvieron a punto, se hizo venir a los Infantes, para cuya entrega y acuse de dinero y recibos por acuerdo de los embajadores se ideó el siguiente procedimiento: cerca de Fuenterrabía, entre ésta y Bayona hay un estero a modo de río, que por una orilla da a territorio español y por la otra a francés. En su mitad prácticamente se colocó

tabulis tecta, aequataque; deinde transuersis asseribus, quasi pariete paulo statura humana humiliore, in duas aequas partes distinguitur, ut regulorum, pecuniaeque custodibus, cum essent cymbis aduecti, quasi duorum ponticulorum uicem in permutatione praeberent. Tum paribus equitum, peditumque praesidiis in utraque terra relictis, Calendis Iulii hinc in unam cymbam ex gauarris consuetudine Cantabrica nominatis, ferro pari numis pondere saburratam, cum regulis et Dolphini (quo nomine Galli stirpis regiae maximum appellant) nutritio imperatorii legati, et nobilium nostrae gentis uirorum custodia conscendunt; illinc in alteram eiusdem generis cymbam numorum arcae obsignatae, a quibus Aluarus Lugus nunquam discedebat, imponuntur clauisque affiguntur, et cum legatis Gallis nobilium eiusdem nationis uirorum par Hispanicae custodia conscendunt, totidemque remiges, ut Hispanorum Gallorumque uectorum par esset in utraque cymba et pariter, hoc est, gladiis duntaxat armatorum remigumque numerus, et par caeterarum rerum omnium

1 transuersis TA: trans uersis R . 7 Calendis TR: Kalendis A 9 numis TR: nummis A . Dolphini TR: Delphini A . 11 nutritio em. R: pedagogo T: nutritio A . 13 numorum TR: nummorum A . 14 a quibus RA: aquibus T . nunquam fort. T: nunquam R: numquam A . 19 duntaxat fort. T: duntaxat fort. R: dumtaxat A . 20 caeterarum TR: ceterarum A

una embarcación pequeña cubierta por arriba y solada con tablas; a continuación con palos atravesados a modo de tabique un poco más bajo que la estatura de una persona se la dividió en dos partes iguales, a fin de que en el canje desempeñaran la función como de dos puentecillos para los encargados de la vigilancia de los Infantes y del dinero, cuando llegasen hasta allí transportados en lanchas. Finalmente, después de dejar en una y otra orilla iguales escoltas de caballería e infantería, el uno de Julio subieron de esta orilla a una lancha de las llamadas por los vascos "gabarras", lastrada con hierro de peso equivalente al del dinero, junto con los Infantes y el Ayo del Delfín (así denominan los franceses al primogénito de la familia real) los embajadores del Emperador y un cuerpo de guardia de señores nobles de nuestro país; de la otra orilla fueron subidas a bordo de una embarcación de las mismas características y sujetas con clavos las arcas selladas con el dinero, de las que Alvaro Lugo no se apartaba ni un momento, y junto con los embajadores franceses embarcaron un cuerpo de guardia del mismo país igual al español, e igual número de remeros, a fin de que ambas lanchas llevasen a bordo igual número de tripulantes españoles y franceses e igualmente armados, esto es, tan sólo con espadas, e igual número de remeros y fuesen semejantes todas las demás circuns-

conditio, nisi quod Velascus comestabilis, qui nondum uires ex morbo receperat, in quem grauissimum, nec sine suspicione dati ueneni superioribus diebus inciderat, extra ordinem pugione tantum armatus, ut erat constitutum, conscendit. Erant praeterea speculatores utrinque mari terraque, ne quid insidiarum lateret, dispositi et praemissi, qui cuncta, ut essent pari conditione, considerarent.

15. Eodem igitur tempore profectae cymbae ubi ad constitutam nauiculam sunt appulsae, comestabilis in alteram eius partem, Anna Gallus in alteram transcendit, et suos uterque cepit quaternos euocare, binos uectores, remigesque binos, ut eodem tempore Galli, qua erat Anna, ad regulorum cymbam transirent Hispani, qua Velascus, ad eam, qua pecunia importabatur; quod quo fieret commodius, nec transcendentes inter se incurrerent, utriusque cymbae dimidia pars erat hominum inanis relicta, qua citra impedimentum uenientes exciperentur. Ad hunc modum permutatione

---

6 ne quid TR: nequid A . 12 quaternos TR: quaternas A . 13 remigesque binos TA: remigesque R . 16 transcendentes T: transcedentes RA

tancias, exceptuando que el Condestable Velasco, que aún no se había recuperado físicamente de la enfermedad gravísima que le había acometido días pasados no sin cierta sospecha de que se le hubiese administrado veneno, embarcó excepcionalmente armado sólo de un puñal, tal y como se había convenido. Además, para evitar una posible emboscada ambas partes habían dispuesto por mar y tierra vigías y se había enviado por delante gente que vigilara que todo iba de acuerdo con lo previsto.

15. Así pues, cuando las lanchas, que habían partido a un tiempo, arribaron a donde estaba colocada la embarcación, el Condestable subió a un lado de ella, Ana, el francés, al otro y cada uno empezó a llamar a cuatro de sus hombres, esto es a dos pasajeros y dos remeros, para que a un tiempo pasasen los franceses, por donde estaba Ana, a la lancha de los Infantes, y los españoles, por donde Velasco, a la que llevaba el dinero; y para que esto se hiciese con cierta agilidad y no tropezaran unos con otros al pasar, se dejó libre de gente la mitad de cada lancha, para acoger sin impedimento a los que llegaban. Luego que

commodissime facta, reguli in Galliam simulque regina Leonora, quae et ipsa comitatum mutauit, traiiciurt, et cum ingenti omnium gratulatione excipiuntur. Comestabilis autem Ludouicusque Phandius cum pecunia Fonterabiam reuertuntur.

16. Interea Philibertus Uraniae princeps, ut ei Carolus per literas imperauerat, copias ex Apulia Florentiam oppugnandi gratia in Thusciam inducit, Perusiamque progressus, hanc urbem ecclesiasticae ditionis, quam Malatesta Ballonius cum praesidio militum contra Clementem pontificem occupauerat, oppugnare parat; sed Perusini suis rebus metuentes, Malatestae ciui suo denuntiarunt monueruntque, ut patriae parceret sibique consuleret, nam se suae salutis ac publicae commoditatis rationem habituros; quorum uoluntate perspecta, Malatesta discessum ex urbe cum Philiberto ea conditione paciscitur, ut sibi liberum sit, quocunque uelit cum suis cohortibus proficisci. Profectus autem, Cortonam primum, deinde hac praesidio firmata Florentiam

2 Leonora TR: Eleonora A . 7 literas fort. T: literas fort. R: litteras A . 17 quocunque fort. T: quocunque R: quocumque A

de esta guisa se hubo realizado el canje de forma muy ágil, los Infantes y con ellos la Reina Leonor, que también cambió personalmente de séquito, pasaron a Francia y fueron recibidos con grandes y generales muestras de júbilo. Por su parte, el Condestable y Luis Phandio se volvieron a Fuenterrabía con el dinero.

16. Entretanto el Príncipe de Urania, Filiberto, tal y como le había ordenado Carlos por carta, sacó las tropas de la Puglia y las ingrodujo en la Toscana con ánimo de atacar Florencia y llegado en su avance hasta Perugia, se dispuso a atacar aquella ciudad de jurisdicción eclesiástica, de la que Balonio Malatesta se había hecho dueño con una guarnición de soldados en rivalidad con el Pontífice Clemente; pero los habitantes de Perugia temiendo por sus intereses hicieron saber a su conciudadano Malatesta y le aconsejaron que no expusiera a la patria y que mirara por su persona, pues ellos encontrarían el modo de atender a su propia salvación y a la utilidad pública; Malatesta así que hubo penetrado en sus intenciones, capituló con Filiberto su retirada de la ciudad con la condición de que se le permitiera marchar con sus compañías a donde quisiese. Pues bien, primero se dirigió a Cortona y luego, una vez asegurada ésta con guarnición, lle-

peruenit, a Florentinis, ut toti officio ipsorum urbis tuendae cum summa potestate praeesset, euocatus.

17. Dum haec ad Perusiam geruntur, copiaeque conueniunt (huc enim Vasti Marchio Hispanas cohortes, Fernandus Gonzaga equitatum et Italicorum peditum octo millia, quae pontifex mittebat, induxit) Philibertus Ioanni Urbinae negotium dat, ut Spelum Perusini agri castellum, quod contra pontificem arma sumpserat, pacaret. Is spreta castelli exiguitate, paucis militibus inductis, contemptim accedit, praemisso, qui periculum, nisi imperata facerent, denuntiaret. Castellani, uicissim militum paucitate contempta, tormentorum telis ex muro rem gerere hostemque submouere coeperunt. Itaque,re infecta, et crure lethaliter scloppeto uulneratus Ioannes Urbina discessit, obiitque paucis post diebus, uir magno consilio, summaque uirtute, multis et illustribus documentis declarata, Carolo ipsi acceptus, totique exercitui charus, et importunis militibus inimicus et formidandus; qui cum esset militum tribunus,

---

9 sumpserat TR: sumserat A . 10 contemptim TR: contemtim A . 12 contempta TR: contemta A . 14 infecta RA: in fecta T . lethaliter em. R: letaliter TA . scloppeto RA: sclopeto T . 18 charus TR: carus A

gó a Florencia, atendiendo al llamamiento de los florentinos para que con poder absoluto tomase enteramente a su cargo la defensa de su ciudad.

17. Mientras está sucediendo esto en Perugia y en tanto se reunían las tropas (el Marqués del Vasto había conducido hasta allí los tercios españoles y Fernando Gonzaga la caballería y ocho mil infantes italianos, que enviaba el Pontífice) Filiberto encomendó a Juan de Urbina la misión de pacificar Stello, un fuerte del territorio de Perugia, que había tomado las armas contra el Pontífice. El de Urbina mostrando poco aprecio por lo insignificante del fuerte condujo contra él sólo unos pocos soldados y con aire despreciativo se fue acercando, después de haber mandado por delante quien les avisara del peligro que corrían, si no cumplían las órdenes. Los habitantes del fuerte a su vez, teniendo en poco el corto número de soldados, empezaron a disparar cañonazos desde la muralla y a alejar al enemigo. Y así Juan de Urbina se retiró con una herida mortal de arcabuz en la pierna sin haber conseguido su objetivo y murió de allí a pocos días aquel hombre de gran prudencia y enorme valor, puesto de manifiesto en numerosas y señaladas ocasiones, grato al propio Carlos y querido por todo el ejército, así como odioso y temible para los soldados indisciplinados;

hoc est, exercitus magister, (sic enim magistratus dicitur, qui militum controuersias minuit inque sontes animaduertit) quosdam tamen, de quorum flagitiis compertum habebat, ad tempus tolerabat, ut his merita nece tempore illata, etiam melioribus, ne ab officio discederent, terrorem utilissimum incuteret quam ipse solertiam Romae post direptionem, nondum Caesariano exercitu digresso, amico uiro nobili, qui mihi retulit, indicauit; cui demiranti atque roganti, cur obuium militem leui, ut uidebatur, ex causa, dum milites parum dicto audientes ad signa cogeret, se uidente confodisset: "Iam pridem" respondit "hoc scelus saepe grauiora meritum huic occasioni reseruabam, ut unius pessimi hominis morte, tali tempore atque modo illata, caeteri perterriti in officio contineantur."

18. Perusia Perusinique agri castellis et oppidis, quae a pontifice defecerant, receptis Philibertus copias Cortonam induxit, coeptaque oppugnatione oppidanos ad deditionem compulit, militibus, qui prae-

13 reseruabam TR: resesvabam A . 14 caeteri TR: ceteri A

éste, cuando ejercía de policía militar, esto es de capitán preboste (así se denomina al oficial encargado de cortar las discusiones de los soldados y castigar a los culpables) a algunos, de cuyas fechorías tenía sobrado conocimiento, se les dejaba, no obstante, pasar momentáneamente, para aplicándoles en el momento justo el castigo que se tenían merecido darles a ellos y también a los que se portaban mejor un escarmiento más provechoso, a fin de que no se apartaran del cumplimiento del deber; táctica, que él personalmente después del saqueo de Roma, cuando todavía no se había retirado el ejército imperial, reveló a cierto caballero noble, amigo suyo, que me lo contó a mí; ante cuya extrañeza y preguntas de por qué había atravesado delante de sus ojos por un motivo al parecer sin importancia a un soldado que encontró cuando estaba recogiendo hacia el cuartel a los soldados que no habían escuchado sus palabras, le replicó :"Ya hace tiempo que a este malvado, que muchas veces se ha merecido un castigo más severo, lo tenía reservado para esta ocasión, a fin de que, con la muerte de este sólo ser perverso en circuntancias y manera tales, los demás atemorizados se mantengan en la obediencia".

18. Una vez recuperadas Perugia y las plazas y fuertes de su territorio que se habían rebelado contra el Pontífice, Filiberto llevó sus tropas contra Cortona y ya comenzado el ataque obligó a los vecinos a ren-

sidio erant, cum singulis uestimentis et gladiis, quo uellent abire, permissis. Florentiam progressus copias generatim distribuit disponitque, et urbem obsidione cingit, quam obsidionem diu et acriter urgente Philiberto, multa parua praelia, oppidanis praesidiariisque militibus erumpentibus, uaria fortuna facta. Cum iam Florentini rerum necessariarum inopia tentarentur, Feruchius Pisanus Ioannesque Paulus Chierus cum armatorum tribus millibus magnoque commeatu aduentare, et Florentinis subsidio uenire nuntiantur. Hoc cognito Philibertus, caeteris in obsidione relictis, cum Germanis mille et totidem Italicis ac parte equitatus obuiam ipse uenientibus hostibus profectus Pistorium uenit; et Italicis cohortibus, cum quibus Fabritius Maramaldus hoc oppidum obtinebat, ex praesidio deductis, cum his Fabritium separatim procedere in hostem iubet, ipse alia uia cum ire pergeret, haud longe progressus ad uicum, qui Sanctus Marcellus dicitur, in hostes incidit, praelioque commisso Philibertus ipse cum equitatu immissus, dum inter primos praeliatur, duobus

7 Feruchius TR: Ferruchius A . 11 caeteris TR: ceteris A . 14 Maramaldus TR: Marramaldus A

dirse, a los soldados de la guarnición les dio permiso para retirarse cada uno con su atuendo y espada a donde quisieran. Luego que hubo avanzado hasta Florencia organizó y distribuyó las tropas por países de procedencia y puso sitio a la ciudad, cerco que estrechó larga y duramente Filiberto y durante el cual tuvieron lugar un buen número de pequeñas escaramuzas de variado resultado en las salidas de los vecinos y soldados de la guarnición. Se hallaban ya los florentinos amenazados con la falta de cosas imprescindibles, cuando llegó la noticia de que venían a socorrer a los florentinos y ya estaban cerca Ferrucho de Pisa y Juan Pablo Chiero con tres mil hombres armados y enormes provisiones. Luego que Filiberto tuvo conocimiento de ello, dejó a los demás en el asedio y saliendo a su encuentro con mil germanos, otros tantos italianos y parte de la caballería llegó a Pistóia y después de sacar de la guarnición a los tercios italianos, con que tenía ocupada aquella plaza Fabrizio Marramaldi, dio orden a este de marchar con ellos por separado contra el enemigo; él como hubiese continuado su camino por otra ruta, cuando todavía no se había alejado mucho, cayó sobre el enemigo junto al pueblo llamado S. Marcelo y entrando en batalla el propio Filiberto, que cargaba sobre ellos con la caballería, fue alcanzado, mientras

scloppeti telis confoditur, et cum quatuor equitibus cataphractis occiditur.

19. Hoc casu Germani conturbati consistunt, pars etiam pedem referre incipiunt; hostes alacrius irruunt; sed accidit magno casu et peropportune, ut Hispani circiter quingenti, qui superioribus diebus, propterea quod iussi in Pannonicum bellum, quod rex Fernandus gerebat, proficisci imperium detrectauerant, cum ignominia dimissi fuerant, ad hunc temporis articulum in locum pugnae peruenirent. Nam cum per ea loca se rusticorum opibus alentes uagarentur, de Ferruchii motibus et Philiberti aduentu certiores facti in eam partem, ubi eos congressuros esse iudicabant, accurrerunt. Itaque a latere nec opinato inuecti et Hispaniam magna uoce conclamantes hosti maiorem uim atque multitudinem adesse suspicanti magnum terrorem incusserunt, pedemque referre coegerunt. Hoc animaduerso Germani, et Hispanorum aduentu et clamore confirmati, magnis animis procurrunt; Fabritius quo-

---

1 quatuor em. R : quattuor T: quatuor A . 5 peropportune A: per opportune TR . 8 detrectauerant TR: detractaverant A . 10 cum T: dum RA . 15 conclamantes TR: clamantes A . 19 procurrunt em. R: in feruntur T: procurrunt A

el combate tenía lugar entre las primeras filas, por dos disparos de arcabuz y murió junto con cuatro coraceros.

19. Los germanos consternados ante este suceso hicieron el alto y parte de ellos incluso empezaron a retroceder; el enemigo arremetió con más ardor contra ellos; pero por una extraordinaria y oportunísima casualidad sucedió que en aquel preciso instante llegaron al lugar del combate unos quinientos españoles, que días pasados habían sido expulsados ignominiosamente del ejército, por haberse negado a cumplir la orden que habían recibido de marchar a la guerra de Panonia, que sostenía el Rey Fernando. En efecto, cuando andaban de acá para allá por estos parajes sustentándose a expensas de los campesinos, se enteraron del desplazamiento de Ferrucho y de la venida de Filiberto y corrieron al sitio donde creían tendría lugar la confrontación. Y así, acometiendo de improviso por un flanco y gritando a voz en cuello "¡España!" infundieron un pánico enorme al enemigo, que supuso cargaba contra él una multitud y le obligaron a retroceder. Los germanos, que lo advirtieron, reanimados con la llegada y griterío de los españoles se lanzaron con extraordinario denuedo al ataque. También Fabrizio al

que scloppetorum strepitu et praeliantium exaudito clamore (nec enim longe aberat) cum suis aduolat. Itaque hostes repressi in proxima aedificia necessario sese recipiunt. Sed ne hic quidem impetum Caesarianorum sustinere potuerunt, plerique igitur caesi, reliqui fere capti, et in his Ferruchius ipse et Ioannes Paulus, Sed gregariis militibus data more Christianorum libertate Fabritius necem Philiberti egerrime ferens, quasi uellet sui ducis manibus hostis ducis sanguine parentare, Ferruchium obtruncat, Ioannem uero Paulum et caeteros praefectos captiuos Florentiam in castra deducit; Philiberti quoque cadauer importari iussit, quod ad suburbanum coenobium, qui Certosa nomen est, depositum paucis post diebus Uraniam, ut in patria sepultura quiesceret, elatum.

20. Hac accepta plaga, et auxilii spe deiecti Florentini, rebus denique desperatis, deditionem facere decernunt; nec enim a Caroio Caesare missis legationibus, ut eam ciuitatem in suam potestatem fidemque

---

1 scloppetorum RA: sclopetorum T . 8 egerrime TR: aegerrime A 11 caeteros TR: ceteros A . 12 cadauer em. R: corpus T: cadaver A

oir el estruendo de los arcabuces y el griterío de los combatientes, pues no andaba lejos, acudió rápidamente con los suyos. Y así, los enemigos obligados a retroceder tuvieron que retirarse a unas caserías próximas; pero ni siquiera allí pudieron sostener el ataque de los imperiales y por consiguiente los más cayeron muertos y casi todos los restantes fueron hechos prisioneros y entre éstos figuraba el propio Ferrucho y Juan Pablo. Pero, después de conceder la libertad a los soldados rasos, como es costumbre entre los cristianos, Fabrizio sumamente irritado por la muerte de Filiberto, como si quisiera aplacar a los manes de su caudillo con la sangre de un caudillo enemigo, decapitó a Ferrucho; a Juan Pablo y demás oficiales apresados se los llevó a Florencia al campamento; dio orden de que también fuese trasladado el cadáver de Filiberto, que, depositado en el monasterio del arrabal llamado la Cartuja, de allí a pocos días fue llevado a Urania para recibir sepultura en su patria.

20. Tras recibir este golpe, los florentinos, que habían perdido también la esperanza de socorro, en una palabra viéndose desahuciados, decidieron capitular; y es que no habían podido conseguir del César Carlos, a quien habían enviado embajadas y que siempre los remitía al Pontífice Clemente, que acogiera a esta ciudad bajo su potestad y tutela con cualesquiera con-

quibuscunque conditionibus reciperet, impetrare potuerant, qui semper ipsos ad Clementem pontificem reiiciebat. Clemente igitur ipso liberaliter pollicente, se in eius potestatem permittere constituunt. Sed de conditionibus dum agitatur, magna inter Hispanos et socios Italos seditio in castris exorta est, ex contumelia Italicis quibusdam ab Hispanis nonnullis illata. Quanquam enim Hispanorum prudentiores Romanorum Italorumque uirtutem, cui cessit olim maxima pars orbis terrarum, non ignorant; tamen uulgus militare Italos tum hostes, tum etiam socios in bellis Italicis contemnere, ut uictores uictos consueuit, propter multas uictorias de ipsis sociisque Gallis in Italia partas; Itali uicissim Hispanos odio habent ob eandem causam, et propter multas iniurias in se ab eisdem illatas. Quo fit, ut Italis, si uires adsint et sibi impune id facere posse uideantur, raro uoluntas desit Hispanos in Italia milites opprimendi, ut tunc accidit ad ueteres et communes causas paucorum accedente contumelia, qua impulsi Itali Caesariani, qui numero erant quatuordecim millia, Hispa-

1 quibuscunque fort. T: quibuscunque R: quibuscumque A . 3 Clemente TA: Clementi R . 7 nonnullis TA: non nullis R . Quanquam TR: Quamquam A . 12 consueuit TR: consueverunt A . 14 eandem T: eandem fort. R: eamdem A . 20 quatuordecim em. R: quattuordecim T: quatuordecim A

